IV

BIBLIOTECA COMUNALE

1 r

De operibus civitatis
De honore faciendo Religionis corporis Xpi R° iij
De reparatione facienda eccliarum per municipes R°
De processionibus faciendis R° iiij
De electione potestatis R° v
De numero officialium familiarium et equorum
quorum gravamine tenendorum R° vj
De salario potestatis et quo ipsi potestas de
salario sadisfiat R° vij
Forma sindicatus mittendi potestatem electo
De juramento potestatis R°
De deputatione et salario officialium R°
De officio potestatis et eius jurisdictione R°
De officio judicis et vicarii potestatis et eius jurisdictione
De officio et jurisdictione sociorum militum potestatis
De officio quorundam notariorum potestatis
De sindicatione potestatis et eius familiarium
Quod potestas et officiales non recipiant
Quod potestas et officiales non possint se absentare R°
Quod fiat unus liber per dominos consules et cancellarium de rebus palatiorum consulum et cancellarie et forulleriorum xviij

1r

2.12

2 v De electione duorum consulum civitatis Cassie — Rica xxix

De officio et auctoritate duorum Consulum — Rica xxx.

De electione Consilij Credentiarie et auctoritate eius — Rica xxxi

De electione ducentorum juratorum et populorum pro statu

pacifico et populari conservando — R xxxij.

De electione 70 bonorum virorum et consiliij credentiarie — xxxiij

1387

De operibus pietatis Rubrica j ·

Statuimus: et ordinamus adhoc ut deus omnipotens aquo
est omne datum optimum: et omne donum perfectum: et qui
est proprium misereri: clementia sua: et intercedentibus ipsius
et alijs sanctis suis dignetur terram: et Comitatem cassie
ac populares statum eiusdem conservare: et manutenere
in statu prospero, pacifico: et tranquillo: et a cunctis periculis
et adversitatibus quaslibet defensare: quod de pecunia: et aere
dicti communis infrascriptis ecclesijs terre cassie: et eius
districtu infrascriptis festivitatibus dum sollempnia cele
brantur infrascripti cerei cere: infrascripti ponderis anno
quolibet largeantur: Et quod dominus potestas et domini Consules
dicte terre teneantur: et debeant in diebus ipsarum festivitatum
cum tubis honorifice, ac reverenter accedere personaliter
ad ecclesias: quibus sunt ipsi cerei largiendi: ipsos que cereos
ibidem assignare: et misse sollempni celebrande interesse
eorum vinculo iuramenti.

Ecclesie sancti petri in festo apostolorum petri: et pauli de mense Junij
unus cereus cere cum candelis ponderis decem libr.
Ecclesie sive hospitali sancti spiritus duo cerei cere, cum
candelis ponderis x libr. pro quolibet. unus videlicet in festo
pasqualis penthecostes, et alter in festo nuptiarum de mense Jan
Ecclesie sancti Augustini in festo sancti Johannis baptiste
de mense Junij: qua die fiet in ipsa ecclesia commemoratio
beati Johannis de cassia oriundi qui in vallibus atinis ad
vitam heremiticam moram traxit unus cereus cere
cum candel. pond. x libr.
Ecclesie sancti laurentij de mense augusti unus cereus cere
cum candelis ponderis decem librarum.

3 v

Ecclesie sancte marie de orusio in festo natiuitatis eiusdem vnus
cereus cere cum candelis ponderis decem librarum.
Ecclesie sancti nicolai de orusio de mense decembris vnus cereus
cere cum candelis ponderis decem librarum.
Ecclesie sancte marie de anumptiata in festo annumptiationis eiusdem
de mense martij vnus cereus cere cum candelis ponderis
decem libr.
Ecclesie sancte lucie de mense decembris vnus cereus cere
cum candelis ponderis decem libr
Ecclesie sancte marie maddalene de mense julij vnus
cereus cere ponderis decem libr.
Ecclesie sancti francisci in festo inuentionis sancte crucis de mense
maij, qua die in ipsa ecclesia fiet commemoratio beati patris
cuius corpus in eadem ecclesia tumulatur vnus cereus cere, cum
candelis ponderis decem libr.
Ecclesie sancte marie plebis in festo assumptionis eiusdem de mense augusti
vnus cereus cere cum candelis ponderis x libr.
Ecclesie sancti pangratij in festo eiusdem de mense maij vnus cereus
cere cum candelis ponderis decem libr.
Ecclesie sancti Antonij in festo eiusdem de mense Januarij vnus cereus
cere cum candelis ponderis decem libr.
Ecclesie sancte margarite in festo eiusdem de mense Januarij vnus
cereus cere cum candelis ponderis x libr.
Ecclesie sancti Jacobi in festo apostolorum philippi et Jacobi, die
kl maij vnus cereus cere ponderis x libr
Ecclesie sancti andree in festo eiusdem de mense nouembris vnus
cereus cere cum candelis ponderis x libr.
Ecclesie sancte crucis de heremita in festo exaltationis
de mense septembris vnus cereus cere cum candelis
ponderis decem librarum.

Teneatur namque comes dicte terre vinculo iuramenti ad requisitionem
rectorum seu procuratorum dictorum ecclesiarum predictum statutum efficaciter
observare, ita quod temporibus superius declaratis predictis ecclesiis desuper
dictis rebus penitus satisfiet

2 De honore faciendo Reliquie corporis X. Rubrica 4

Quoniam omnis gloria: honor: et reverentia debetur altissimo
redemptori pro gratiis quas ipse redemptor noster gratiose et affluenter
beneficia . . . Precipit itaque sancta mater ecclesia ytalica festum
sacratissimi corporis xpi apud fideles populos sollempniter celebrari
Nos circha hanc piam devotionem huius intendentes
considerantes quod, quod in ecclesia sancti augustini procura bone
memorie venerabilis doctoris fratris simonis de cassia ordinis
heremitarum sancti augustini est premonstrati sacratissimi
corporis xpi reliquia venerabilis. Et ut eadem venerabilis reliquia
cassiano populo devote, reverentia veneretur. Ordinamus: et
statuimus: quod quolibet anno in festivitate huiusmodi, potestas: et
consules dicte terre teneantur, et debeant vinculo iuramenti
totum populum cassianum, tam mares: quam mulieres
facere ad dictam ecclesiam convocari, et in ipsa ecclesia congregari
ac et comparari efficaciter, quod cassianus clericus ipsam venerabilem
reliquiam deferat per terram cassie processionaliter, et cum
omni devotione ~~ipsam reliquiam~~, et reverentia debita: et
devota: ipsi potestas: et consules cum populo supradicto
prosequantur devote ipsam reliquiam atque clerum. Et post
redditum moretur in dicta ecclesia dum missa sollempnis
celebratur ibidem. debeant insuper prefati potestas: et consules
expensis communis cassie offerre eidem ecclesie unum cereum

4 v

cere ponderis decem libr. Et siqs clericus contrafecerit in non ueniendo q ecclia cuius rector est, priuetur omni elimosina pnte cassie deliberata: et deliberanda, fratribus sci francisci exceptis: qui uenire non cogantur inuiti.

3 De reparatione ecce s. petri. Rubrica iij

Ecclia sci petri de terra cassie patroni, et gubernatoris et defensoris nostri, et populi terre pdcte manu teneatur, et gubernetur ut decet. Statuimus, et ordinamus q consules: et camerarii terre teneantur, et debeant vinculo iuramenti quotiens opus fuerit ipsam ecclesiam tam tecto, q et parietibus expensis dicti comunis facere reparari.

4 De processionibus faciendis Rubrica iiij

In die festiuitatis beati marci: et tribus aliis diebus rogationum immediate precedentibus festum ascensionis dni nri yhu xpi: et ut preces cassianorum ipse deus noster yhus xpus exaudiat, statuimus q uniuersus populus cassianus, tam marium, q feminarum processionaliter dictis diebus quolibet eorum sequantur clerum cassianum ut moris est: et donec letanie, et missa fuerit sollempniter celebrata: et siquis contrafecerit in v. sold den puniatur. Et nullus in dictis tribus diebus rogationum usque ad tertias audeat ut presumat aliquod laborerium seu artificium facere, nec aliqs tabernarius audeat aperire tabernam dictis diebus usque quo dicte letanie redierint: et siquis contrafecerit in pdictis ut aliquo pdictorum in v. sold den vice qualibet condempnetur.

5 De Electione potestatis. Rubrica v.

Nichil est gratius quam unde rei publice decus resistit ubi utilitas omnis
et generalitatis concluditur. Cum ergo status reipublice perseveret quamdiu ipsa
res publica cum iustitia gubernatur. Expedit autem gubernatori ipsius
rei publice sufficientem et ydoneum iustitie huic terre ministrum. Nam
qualis rector civitatis talis habitantes in ea. Statuimus igitur
ac lege firmamus quod electio potestatis huius terre tali modo et
ordine celebretur videlicet. Quod semper in principio huius officii mensis presidentis
potestatis, Consules et consilium xxiiij decredentia dicte terre congregent
in loco secreto de quo numero xxiiij ad minus tres partes sint presentes
In qua congregatione prefati consules ipsam electionem proponant
recepto prius ab omnibus iuramento quod ipsam electionem faciant bona
fide. Et quod eam sub silentio retinebunt, post que examinatione
et cum maturitate debita ad minus tres nobiles viri sufficientes
et ydonei ad memoratum potestarie officium in semestri tempore
concorditer eligant. Quibus sic electis unus primo qui plures
pallottas habuit alius secundo modo similiter reliquus tertio
simul approbent ad bussulas et pallottas. Fiat autem huiusmodi
approbatio ad minus per duas partes eligentium predictorum. Celebrata
uero electione predicta, Predicti Consules sine temporis tarditate
ipsam electionem per litteras eius sigillatas magno sigillo salarium
officiales familia et equos ac honores et honera dicti
officii stipendio continentes primo electo predicti approbatoribus dicte
terre faciant presentare ipsoque renunciante ipso electo dicta electio
forma simili presentetur. Et sic deinceps vel electio similiter
assignetur. Teneatur namque potestas electus infra triduum post
presentationem sue electionis sibi fiende acceptare vel renuntiare
Quo triduo elapso eius electio euanescat. Illi autem qui

5v

ipum offitiuz acceptauerit absq; more deffugio sindicatus, iforma pub^a et gnali consilio celebrat^o p duos ꝯtubatoribz sindicos ꝯstitutos deferat. Forma aut dci sindicatus, cu pmissionibz fiendis hinc inde et debeat put istatuto posito sb rubrica de forma sindicatꝰ potas serióse patebit. Nullus quidem possit eligi ad offitiuz supdcum: qui terre cassie p viginti miliaria sit vicinꝰ, ut qui occasione alicuiꝰ parcialitatis ut infamie siue notꝰ sit de terra sua expulsus: ut qui sit romanus siue de regno, aut qui fuit ieodem offitio ante p .v. anos, nec possit ipe potas secum ducere aliquem offitialez aloco qui ꝯminꝰ p viginti miliaria a terra cassie no distaret ut qui fuit ad aliqd offitiuz i dca terra ante duobz anis debeat aut famulos idco offitio retinere de loco distanti p .xv. miliaria a terra cassie sup dca. Et Consules qui pro tpre erunt, teneant^r pdca integralr obseruare, put scripta sunt, pen quinquaginta libr. den p quolibz sine diminutione: Nisi p electores i ipa electione p meliori aliud fuit ordinatum.

6 De numero officialiu familiariu & equoꝝ secu i offo ꝯtinue retinedoꝝ R^ca VI

Statuimꝰ, & ordinamꝰ qd potas terre cass p suo offitio exercendo debeat ꝯducere, et retinere vnuz ydoneum, & sufficientem iudicem. Legum doctorem: vnu sufficientem, & expertum militem sotiuz, quatuor equos: et sufficientes notos duos domicellos condecentꝰ de pitta indutos: viginti octo famulos, int^r quos no possint esse nisi tres regatij seu minores xviij anoꝝ: Qui domicelli: et famuli per Cancellariuz dce terre scribant^r p noia, & p noia: et cu nobus

patruum / et matruum uxorum: et etiam propria / et signa particularia et
distincte: et tres equos quorum unus sit valoris quadraginta quinque
flor(enorum), alius valoris viginti quinque flor(enorum), alius valoris decem et octo
flor(enorum): et similiter dicti tres equi proprium / et signa eadem ratione
describantur. Si vero contingerit aliquem seu aliquos ex dictis domicellos
famulos suis equis a dicto officio absentari vel removeri de expressa
licentia / et voluntate dominorum consulum dicte terre loco absentis vel
remoti alius sufficiens subrogetur / et per dictum cancellarium forma
simili describatur. Teneatur itaque supradictus potestas predictos iudicem
militem sotium notarios domicellos famulos: et equos in dicto
officio continuato semestri fideliter retinere, nec eos vel aliquem
eorum a dicto officio permittat vel faciat modo aliquo absentari, nisi
prius obtenta licentia secundum formam statuti dicte terre: Ceterum prefati
domini consules / et cancellarius dicte terre teneantur / et debeant
ad minus semel in mense: et totiens quotiens eis visum fuerit
expedire predicto potestati mostram facere diligenter de predictis
officialibus familiaribus: et equis proprium / et signum prout sunt
in assigno descripti: Quam mostram ipse potestas sub pena
quinquaginta librarum denariorum de suo salario ad requisitionem dominorum consulum
predictorum facere teneatur. Si vero potestas punctatus fuerit in ipsa mostra
solvat pro qualibet punctatura flor(enos) decem auri. Si iudex
quinque flor(enos) auri: si notarius tres flor(enos) auri: si famulus .ii. flor(enos) auri
pro qualibet punctatura solvere teneatur: pro equo autem duos flor(enos)
auri: Potestas vero pro qualibet punctatura solvere teneatur: quas penas
pro ipsis punctaturis ipse potestas tempore sui sindicatus sine remissione
aliqua solvere teneatur, addentes quod predicti consules / et cancellarius
defectus / et punctaturas huiusmodi in talibus mostris inventos in libris: et
actis rationum dicti communis teneantur / et debeant fideliter annotare: et
~~assignare~~ in tempore sindicatus dicti potestatis ipsos defectus / et

6 v

puntature sindico ipsius potestatis producere : et assignare : et si
potestati domini consules in faciendo requisitione : et mostram petram
et reassignandi puntature / et defectus terre sindicatus in
viginti quinque libr. den. terre qualibet contradicent

7 De salario potestatis et quomodo ipsi potestati de salario satisfiat. Rubrica. vij.

Ordinamus : et statuimus quod potestas terre cassie habeat / et habere debeat pro suo salario suorumque officialium domicellorum famulorum : et equorum pro tempore sex mensium sui officii de pecunia : et avere communis cassie septingentos flor. in usuali moneta currenti in dicta terra cassie ut auro : et ultra dictum salarium plus petere nequeat aliquo quesito colore. Et predicto salario ipse potestas cum suis officialibus domicellis famulis : et equis tenetur stare et morari in dicta terra ad dictum officium exercendum / et redire abinde teneatur omni suo resico periculo et fortuna suisque sumptibus et expensis : de quo quidem salario eidem potestati infrascriptis terminis satisfiat. videlicet primis duobus mensibus sui officii de tertia parte dicti salarii / secundis aliis duobus mensibus de alia tertia parte ipsius salarii : Ultimis vero duobus mensibus satisfiat eidem potestati de residua tertia parte hoc modo videlicet de centum triginta tribus flor. et tertio infra tempus dictorum duorum mensium ultimorum : Residuos vero C. flor. camerarius dicte terre retinebit penes se : et finito sindicatu ipsius potestatis lataque sententia absolutoria ut contradictam eidem potestati integre solvere teneatur.

8 Forma syndicatus mictendi potestati electo. Rubrica. viij.

Statuimus : et ordinamus quod postquam potestas terre cassie electus fuerit et postquam ipsa electio fuerit literatorie presentata, ipseque potestas officium acceptaverit Consules dicte terre cassie post posita longa mora faciant convocare : et congregari consilium generale in quo consilio celebretur : et fiat sindicus ipsius potestatis electi tenoris : et continentie subsequentis premissis anno, indictione, pontificatu

mense, die, loco, et testibus celebrat(is) ipsius sindicatus, Convocato congregato et cohadunato consilio generali et speciali videlicet xxiiij credentia sapientum sive et xl iuratis de populo civitatis universitatis et hominum terre cassie ad sonum campane sono tube vocem que banditoris de mandato talis potestatis dicte terre cassie cum consensu, auctoritate et voluntate magnificorum dominorum talium consulum populi terre cassie pro dicte in sala palatii dicti comunis cassie sita in dicta contrada sive sua lata in sufficienti numero more solito. In quo quidem consilio talis potestas una cum dictis dominis consulibus et consilio: et dicti domini consules una cum dictis domino potestate et consilio: et dictum consilium una cum dictis domino potestate et consulibus unanimiter et concorditer ipsorum nemine discordante, nomine eorum, ac nomine et vice dicti comunis sponte fecerunt constituerunt, creaverunt: et ordinaverunt eorum et dicti comunis veros: et legitimos sindicos, procuratores actores factores et nuntios speciales prout de iure melius dici, censeri: et valere potest, ac omni modo et via iure et forma, quibus melius potuerunt et debuerunt, Tales: et quemlibet ipsorum principaliter et in solidum et quod primum inceptum fuit per alium prosequi valeat: et finiri. Ita tamen quod non sit melior conditio occupantis seu prevenientis presentes et acceptantes et infrascriptum mandatum sponte suscipientes, sive si in ipso consilio presentes non interessent tunc describant absentes tamquam presentes ad eundum et presentandum Nobili et potenti viro tali. electionem potestarie rectorie dicte terre cassie et solleniter celebratam pro sex mensibus proximis futuris Christi nomine incohandis tali die talis mensis et ut sequitur continuato tempore finiendis, cum, et pro salario septingentorum florenorum usualis monete currentis in dicta terra tauro sive moneta comodis comoditatibus emolumentis honoribus oneribus et utilitatibus ad ipsum potestarie officium spectantibus et pertinentibus ex forma statutorum, et reformationum factorum et factarum et fiendarum tam tempore sui officii et in ipso officio perdurante quam etiam ante initium sui officii: In quo quidem potestarie officio

Idem potestas cum dicto salario: et pro ipso salario retinebit, et retinere
debeat toto dicto semestri tempore perdurante, unum bonum, ydoneum
et sufficientem, practicum et expertum iudicem legum doctorem.
de cuius doctoratu in primo consilio dicte terre post suum introytum
per privilegium fidem facere teneatur: unum bonum sufficientem
practicum, et expertum militem sotium, quatuor bonos notarios
sufficientes, et expertos videlicet unum ad criminalia, unum ad extraordi
nario et custodiam, unum ad dampna data, Reliquum ad
officium viarum, et fontium: duos domicellos decentes de predicta
indutos viginti octo famulos berruarios sufficientes: et aptos
ad arma: quos domicellos et famulos describi faciet per nomina
et pronomina, patriam, et matriam: et per pilum, et signa. tres equos
unum valoris .xl. florenorum . alium .xxx. et alium .xx. et octo: et
similiter per pila, et signa, et omnibus suis salariis sumptibus: et expensis
Et ipse potestas ad dictum officium exercendum se coram dominis consilialibus
dicte terre ante ecclesiam sancti petri de dicta terra presentabit cum dictis
suis iudice officialibus familiaribus, et equis: et iurabit
in forma suum officium fideliter exercere: et illico intrabit
palatium comunis supradicte cum suis officialibus, et familiaribus: et
equis: et se informabit de officio, et de statutis dicte terre: Et ad
dictum salarium .viii.c florenorum cum modis, comoditatibus, honoribus
et honeribus, et utilitatibus congruis et forma dictorum statutorum, et
reformationum debite prose, iudice, socio milite, notariis, domicellis
familiaribus seu berruariis: et equis dicto semestri tempore perdurante
contentus, et tacitus stabit et erit, et plus non petet, nec
peti faciet per se ut alium a dicto comuni ut a specialibus personis: Et quod
extra dictam terram cassiam eiusque comitatu et districtu ipse ut aliquis
eius officialis se non absentabit sine licentia eidem seu dictis
eius officialibus ut alicui ipsorum concessa primo ad illos, et per quos
ex forma dictorum statutorum pertinet, et spectat. Nostram de suo

psona officialibz familiaribz / z equis singulis mensibz quorumqz : et quorumcumqz
illorum adacquisitionem dnorum consulum : qui pro tpre erunt faciet / remota
qualibz exceptione ut dilatione. Tergiuis uo comitetesibus
Eccliys, viduis, orfanis pupillis quibuscumqz miserabilibz psonis. tergiuis
adipuz et suos officiales de iustitia recursum habentibz / tam in
ciuilibus / quam criminalibz seu mistis ius reddet / z ministrabit
z reddi / z ministrari faciet toto posse prout ad eum / z suos
officiales / z ipsorum quelibz ptinebit secundum formam statutorum
et ordinamentorum et reformationum dicte terre que sunt et pro tpre
fient. Et Antiquarum consuetudinum : et ubi statuta / z reforma
tiones non disponerent secundum absolutores / et alias occurrentes
iscripturas / quas rite faciet omnibus suis suptibz et expensis prout
et sicut exigit antenus consuetum : Et de ipsis condempnatoibz
executionem prout ipsorum qualitas exiget / z requiret / tam pro
quam natura / z per iudiciam : et admansi ram dicte cois quantitates
faciet expensis condempnatoibz singulis diebus : et singulas alias
quantitates datiarum collectarum prestantiarum bonorum condempnatorum
et quorumcumqz prouentium introgitum / z ipositum i dicto
Coi semestri petro durante quorumqz / z quorumcumqz occurrentium
De datiis collectis prestantiis / z quibuscumqz prouentibz / z introitibz
et impositionibz i dicto coi quolibz ipositis ante initium
sui officii de quibus executio facta non esset executionem
fieri faciet / Ac omnia / z singula dicte cois utilia faceret
et i utilia prermitteret super malefitiis criminalibz culpis excessibz
et delictis tpre sui officii comittendis / z perpetrandis : et et
insuper de / et super ante initium sui officii comissis de quibus
cognitum non esset / z punitio seu condempnatio facta non foret
i quibus secundum formam statutorum dicte terre cognitorem haberet : et
procedere possit / inquisitionem / z processum faciet et diffinitiuam

antiquas consuetudines z forum iur canonum ut ciuilis processus uo z condempnatoes

8 v

Sententiam condempnatoriam vel absolutoriam feriabit secundum formam statutorum
et reformationum dicte terre. et ubi statuta non disponerent secundum
formam iuris canonici vel civilis. Salarium vero dicti domini debitis congruis
et competentibus temporibus a camerario dicti communis qui pro tempore erit recipiet
hoc modo videlicet primis duobus mensibus sui officii primam terciam
sui salarii secundis duobus mensibus secundam terciam partem
sui salarii ultimis duobus mensibus de residua tercia parte centum
triginta tres florenos et tertium infra tempus dictorum mensium ultimorum
recipiet. Residuos vero centum florenos habebit a camerario dicte terre
finito et deposito syndicatu, et sententia lata per sindicatorem
suum per dictum commune cassa deputandum. Statuta quoque reformationes
et consuetudines dicte terre in omnibus observabit et faciet observari
prout ad eum et suos officiales, et eorum quemlibet pertinebit et
spectabit. Promictent et ipse potestas et sui officiales et
corporale iuramentum prestabit manibus tactis scripturis
super scripta et infra scripta omnia et singula prout
ad unumquemque spectabit attendere, observare exequi et
adimplere fideliter et viriliter toto posse et attendi, observari
exequi et adimplere facere. Exbanditos, condempnatos
et rebelles dicti communis capere, arrestare, et contra ipsos exequtionem
corporalem et realem seu pecuniariam facere, personam quoque
potestarie officium dicto semestri tempore perdurante fideliter et
legaliter exercebit et per suos officiales qui similiter iuramentum
prestabit faciet exerceri. Et quod pro dicto officio exercendo

ipse nec aliquis suus officialis pretium sive simoniam recipiet
nec petet per se nec interpositam personam. Et pro carta pergamena
seu coriis bombicina cum atramento, nec pro aliquo alio nihil
petet nec recipiet aliquo quesito colore. Et per credentias
dicti regis retinebit per se sive ad ipsius ut opus fuerit nec
umquam pandet seu revelabit alicui: et maxime in preiudicium
dicti regis. Dictamque terram Cassie eiusque comitatum, castra et
fortillitia et incolas eorundem reget, gubernabit, manutenebit
et salvabit iura, bona, immunitates, jurisdictiones, honores
franchitias et privilegia dicti regis, accrescet, defendet: et
de bene in melius augebit: nec aliquid proponet, ut consulet
seu et proponenti, consulenti, arengare ut reformare permittet
in preiudicium dicti regis ut suorum iurium detrimentum. Et contra quoscumque
statum dicte terre ut comitatu quolibet turbare volentes
totis viribus se opponebit et ad eorum punitionem et exterminium
et confusionem posse tenus vacabit ut popularis status pacificus
et tranquillus valeat per se fideliter conservari. Dominis consulibus et
eorum bene officio auxilium, consilium et favorem prestabit in predictis
omnibus: et singulis et aliis ad eorum officium spectantibus et ad utram
dicte terre salutem, dictoque potestarie officio: et semestri finito
ipse potestas: et dicti sui officiales personaliter stabunt in dicta
terra Cassie ad sindicatum quinque diebus continuis immediate
sequentibus post dicti officii depositionem sindicatum per sindicum
per commune Cassie eligendum: et deputandum: et redditurus de omnibus. et

9 v

singlr administratis et factis p eos et eorum quelibz i dicto officio
debitam ratioez et justiciam. Responsuri et gbussuros aliqua
obiict volentibz ut opponere ct eos ut eorum aliquem: et ea
satisfacere que juridice apparebit cam com ipsius terre pro
ipo coi resp seu singularibz psonis: et spalr fm sntiam
dicti sindicatoris. Item addeam terram cassie cum dictis
officialibz famlis et equis veniet intimo e scripto omi
suo resico, pirlo et fortuna i veniendo, stando et redeundo
Et si georau qd absit, ipuz ut officiales suos familiares
suos stingeret aliqd casu quorumcumqz et gtrcumqz: et ubicumqz
veatr ut psonatr recipe lesione seu perdimentz tpre
sui sindicatus i aliqua qntitate pecunie dapnari q cot coe
cassie et eis hoies, z psonas repsalias no tenebit
ver ipuz coe ut singlares psonas pmissoz occasion aliqlr
molestabit, insup si aliquo supvenienti qd deus advertat
ipuz semestre officiuz stinget irrumpere e pro rata tpre
satisfiet. finito ipo officio psatus potas de suo ppio dco
coi dabit et assignabit duo bona pavisia duas sufficientes
balistas unu baldreriuz seu crocchu: unuz tarrasiuz
cuz virgiliaiq veretonibz: et una bonas barbutas et
In principio sui officij dictus potas de suo ppio s dcos qnor
sindicos vz. tubatores z tamburinu dce terre idutre
debeat de panita panni colorati cois ptij et valoris ac et
detrahi debeat de dco salario sexs flor auri: et p cam
dce cois retineri custendi p dnos consules i inductus

familiariorum consulum petrorum: Nec non adpromittendi vice et nomine dicti comunis dicto potestati salarium predictum et quod de ipso salario per camerarium dicti comunis, qui pro tempore fuerit debitis et congruis temporibus et terminis tunc debitis integre satisfiet reservato semper quod tempore electionis huiusmodi potestatis per electores dicti potestatis possit peditum addi et detrahi secundum quod eis videbitur per qualitatem temporum: et pro evidenti utilitate dicti comunis:

De iuramento potestatis. Rubrica. IX

Statuimus: et ordinamus quod adveniente potestate terre castri cum suis officialibus famulis: et equis antequam descendat ipse potestas cum suis officialibus de equo coram dominis consulibus dicte terre stantibus ante curiam sancti petri se debeat presentare, et ibidem per cancellarium sancti petri se debeat presentare, et ibidem per cancellarium comunis terre castri seriose et vulgari sermone expositis omnibus: et singulis secundum informam sindicatus contentis iuret ad sancta dei evangelia corporaliter manu tacto volumine et iurando permutat eidem camerario stipendii et statutorum: et specialiter quod ipse comunis recipiet nomine et vice comunis castri: et specialiter quod ipse, comunis potestarie officium secundum presentem contestui presentes, officiales et familiares suos, bonos, prudentes sollicite et legaliter exercere iuxta potestati sui sindicatus formam seriem et tenorem: et omnia et singula in ipso sindicatu contenta, ac et omnia alia et singula, que ad huiusmodi potestarie officium spectant: et pertinet secundum formam statutorum

10 v

et ordinamentorum dicte terre factorum et tempore sui officii fiendorum
seu consuetudinem ut superius plene facere et effectualiter observare
odio, amore, pretio precibus ut timore, ac omni alia passione
omnino remotis: et quod per quindecim dies ante finem officii rectoris
consignabit dominis consulibus dicte terre in consilio generali omnes
libros: et acta, tam sibi assignata quam suo tempore facta, cum
inventariis particulariter: et distincte

De deputatione et iuramento officialium. Rubrica x

Potestas dicte terre rectoris primo die sui officii teneatur: et
debeat suos officiales deputare particulariter et distincte
ad officia ad que ipsi teneri debent in officio suo secundum formam
sue electionis de qua deputatione rogari debeat notarius ad extraor-
dinaria deputatus: et in principio sui libri sive quaterni dictam
deputationem scribere: qua vero deputatione facta quilibet dictorum officialium
teneatur iurare ad sancta dei evangelia corporaliter manu tactis
scripturis in manibus cancellarii presentia dominorum consulum
dicte terre officium ad quod deputatus est bene fideliter et legaliter
exercere bona fide et sine fraude: Et specialiter dominus iudex
et notarius maleficiorum iurent singulis diebus et horis congruis
sedere ad bancum iuris maleficiorum: et et dominus iudex diebus
et horis iuridicis sedere ad bancum iuris causarum civilium ad
reddendum ius unicuique petenti et omnibus iustitiam ministrare
et processus facere et terminare secundum formam statutorum dicte terre.
Et socius miles et banitores et [illegible] dicti rectoris proposite

Capere et capi facere: expensiones quaslibet producto Coi tam condempnationum quam et datiarum: Et dicti notarii scripturas quaslibet de quibus rogati fuerint adequaterum in libris et actis dicti com. expensis ponere: et omnia et singula quibus eorum facere: Et etiam familiares dicti potestatis similiter teneantur et debeant more et forma statutorum fuerint adque teneantur et debeant manus habeant et ab omni venalitate dicti com.: et quod puras manus habeant et ab omni venalitate dicti com: et correctioni ... eiusdem ... potestatis stare stabant et nihil ultra a dicto com. seu specialibus personis eiusdem petet seu recipient quoquo modo.

De offitio potestatis et eius iurisditione. Rubrica. XI

Dominus potestas dicte terre Cassie ad offitium potestarie predictum com. Cassie electus et deputatus durante suo offitio habeat et habere intelligatur in dicta terra Cassie et eius districtu merum et mixtum imperium et omnimodam iurisditionem quod et quam et quod totum populus dicte terre Cassie: quod et quam ... habet totum com.: et populus ... et ... in quoscumque facinorosos homines possit ... et ... et eius districtu. Et et quoscumque delinquentes in dicta terra Cassie et eius districtu. Et et super quibuscumque causis civilibus et criminalibus: et de quibuscumque ... et ... mandamentis tam dicto Coi omnibus et per omnia alijs cui mandamentis tam dicto Coi omnibus et per omnia obediri: quoque possit suam iurisditionem defendere, penali iudicio: et inobedientes multare usque in quadraginta solidos denariorum: Et ab inobedientibus exigere et exigi facere de facto: et sine aliquo alio processu.

11v

De offo judicis & vicarij potestatis & eius iurisditione R[ubric]a xij

Iudex: et vicarius potestatis dicte terre cassie sit et esse intelligatur iudex ordinarius: et iurisdictionem ordinariam habeat in dicta terra cassie et eius districtu ac cognitionem et decisionem omnium et singularum causarum tam civilium quam criminalium ad forum et iurisdictionem dicti comunis quolibet pertinentium, et si saperet cognitionem et decisionem meri vel mixti imperij et cuiuscumque quantitatis vel rei possit quod suam iurisdictionem extendere penali iudicio et multare inobedientes usque in quantitatem viginti soll. den. et omnia facere possit: et teneatur secundum forma statutorum cautem: et ordinamentorum dicti comunis et sui iuramenti:

De offo & iurisditione soctij militis potestatis R[ubric]a xiij

Miles soctius dicti potestatis terre cass. possit teneatur: et debeat quascumque condempnationes latas per dictum potestatem iudicem seu vicarium latas et quoscumque tam rebelles seu pecunias quam alias exequi et quascumque datias: et collectas in dicto comuni impositas: et seu officiis temporis imponendas a malpagabilibus non solventibus exigere: et ad manus camerarii facere devenire secundum formam statutum dicti comunis et malefactores quoscumque: et quoscumque exhibentes grassiam seu fraudem committentes in ipsa contra formas statutorum dicti comunis capere et arrestare proposse: et in fortiam dicti comunis facere devenire. exsecutores quascumque in favorem quarumcumque singularum personarum commissas per dictum dominum potestatem vel iudicem facere: et exequi diligenter: per terram cassie et castrum orusij propotantibus arma vetita facere perquirere: et rimirari: et post sutibus per dictam terram cassie: et dictum castrum orusij post tertium sonum

Campant et alias faciendi iuxta formam statutorum curie et perquirere
et receptos culpabiles punire : et condempnare secundum formam statutorum domini
regis : et inobedientes in suo officio multare usque in quantitate
decem solidorum denariorum et omnia alia facere que ad eorum officium
spectant secundum formam statutorum domini regis et consuetudinem ut describe.

De officio notariorum potestatis curie. xiiij

Notarii potestatis curie cassie prout quisque ipsorum deputatus est
ad officium proprium dicti potestatem teneantur eorum officium bene
et legaliter exercere. Et notarius maleficiorum scribat accusationes
et inquisitiones contra quoscumque porrectas factas : et
denunptiationes et ea die ponat ad quaternum expensis : et mittere
formatas ea die ponat ad quaternum expensis : et mittere
copiam camere : et cancellario domini regis secundum formam statuti
et omnes scripturas super ipsis processibus factas ponat ad librum
expensis : et mandet fideiussores receptos super excusationis eorum
expensis : et mandet [illegible] receptos super [illegible]
renumptiatione facta per ipsos de beneficio de fideiussoribus et omni
alii iuris auxilio : cuicumque volenti videre processum contra se
aliis iuris auxilio : cuicumque volenti videre processum contra se
formatum ostendere ac facere eidem et copiam congruo tempore
sibi committere expensis et expensis facere ut quis possit suam
defensionem facere : sententias super malefitiis ferendas scribere
duplicatas in cartis bombicinis : et in cartis membranis : et
in continenti ipsis sententiis lectis et latis scriptas in cartis
pergameneis seu membranis tradere : et assignare camere : et
camerario domini regis. Notarius vero extraordinariorum : et custodie
ducte curie bene : et diligenter et sollicite teneatur et debeat ordina

12 v

Custodiam dicte terre de die et de nocte attendere et custodias in eiusdem prout tangit propri facere et quibus cogere ad custodiam faciendam: et presentatos seu inobedientes punire secundum formam statutorum dicte terre: et ad mandatum camerarii faciat devenire. Contra barcharios: molendinarios, tabernarios: panifaculas: et hospitatores inquirere et eos requirere personaliter si mensuras et pondera iusta habent et si fuerint statuta de eorum arte loquentia et contrafacientes puniri secundum formam statutorum dicti comunis. Teneatur et et debeat punire secundum formam statutorum dicti comunis. Teneatur et debeat quorumque bannimenta fient per banitores dicti comunis mandato seu commissione dicti potestatis ut iudicis tam pro consiliis et ... pro quibuscumque aliis ... et ad quaternum ponere in actis et libris dicti potestatis et comunis et bona quorumcumque homicidarum ... mobilia ... stabilia describere et descripta consignare camerario dicti comunis in uno libro ... in publica forma. Et sindicos ... districtus ... et ... sindicatus recipere et in actis ponere ... Notarius ... super viis pontibus et fontibus deputatus possit teneatur et debeat curtas vias pontes et fontes ... et districtu reparatione indigentes reparari facere per illos ad quos pertinet et expensis eorum ... ut comunis secundum consuetudinem ... observatam. Notarius damnorum datorum possit teneatur et debeat de quibuscumque damnis datis ... tam per ... ut cum bestiis procedere summarie: et de plano tam per accusationem ut denuntiationem, quam per inquisitionem: et ...

ad cameram et repertos culpabiles puniri in penas a statuto ordinatas
absque alia sententia vel condempnatione et ad manus camerarii faciat
devenire et copiam quarumcumque accusationum denumptiationum, inquisitionum
et inventionum dicte potestatis seu facte vel formate accusationis
denumptiationis inquisitionis vel inventionis, vel saltem sequenti die
mittere camerario et camerario dicti comunis. Et gualdarios omnes et singulos
de quolibet castro vel villa et in qualibet alia terra deputatos
ad denumptiandum et referendum dampna dantes coram se qualibet
dicte dominica faciat comparere et ab eis sacramento procuret dampna
dantes in eorum sindicatus vel [illegible] et denumptiatos repertos
culpabiles puniri modo predicto et in quibus causis similiter faciat
dampnum passo emendare. Et omnia alia facere secundum formam statuti
dicti comunis de tali materia loquentium. Teneatur et dictus notarius
semel in mense de presentia dominorum consulum accedere ad castra
et fortillitia comunitatis Cassie: et requisitionem facere de castellanis
et eorum famulis: et de custodia fortillitiorum: et defectus
sive puntature sine fraude dicte recessus sui ad cameram
Cassie dictis consulibus: et camerario fideliter assignare. Possit
et quibus dictorum notariorum inobedientes sibi in eius officio mulctare
usque in quantitatem quinque soldorum denariorum: et ad manus camerarii
dicti comunis faciat devenire.

De syndicatu potestatis eiusque familiarum et officialium. R[ubrica] XV

Potestas terre Cassie cum omnibus suis officialibus familiaribus
et equis deposito suo officio [illegible] teneatur et
debeat stare: et morari ad sindicatum in terra Cassie coram

13 v et ſubſindico predictum voce capitulo eligendo ad reddendum rationem
adminiſtrationis ſue et ſuorum officialium et familiarium tam communiter quam
ſpecialibus per quinque dies continuos et coram ipſo ſindico ſeu
ſindicis perſonaliter comparere et inquiſitioni generali et ipſos formate
per ipſum ſindicum ſeu ſindicos reſpondere et abea et omnia alia
petitionem porrecta et porrigenda contra ipſum potestatem ſeu eſt aliquem
officialem ſeu familiarem et porrigenda ſe exprimere et ydonee
ſatiſdare tam pro ſe quam ſingularibus perſonis tam prius quam generaliter
debitis et dampnis et intereſſe. Et ſequitur aufugerit et ad
dictum ſindicatum non ſtetit dicto tempore habeatur pro confeſſo et convicto
de omnibus ~~[illegible]~~ petitis contra eum et tamquam confeſſus poſſit et debeat
diffinire condempnari ſine aliqua alia ſollempnitate ſeu actu
judiciario. Dictus namque ſindicus in ſindicatu predicto ſuet
modum et ordinem infraſcriptum videlicet quod prima die ſindicatus
predicti faciat fieri publice banimentum per terram caſſ in locis publicis
et conſuetis per publicum preconem dicti communis publice et alta voce ſono tube
premiſſo quod quicumque vult aliquid dicere obicere ſeu petere contra
dictum olim potestatem eiuſque officiales et familiares ſeu contra
ipſos ut aliquem ipſorum aliquam petitionem accuſationem
ut denuntiationem porrigere compareat coram dicto ſindico
recepturus iuſtitie complementum. Et ſimiliter proclama fieri
faciat in quolibet caſtro et villa diſtrictus dicte terre caſſ
predicendo quod infra tertiam diem ſindicatus compareant
et facto primo banimento ſucceſſive aliis duobus diebus
faciat fieri ſimilia banimenta: infra quos tres dies
primos poſſit et debeat recipere omnes petitiones accuſationes

de imputationes, inquisitiones et querelas et sermone scripto et v[...]
recipi non teneatur. Declarantes quod prima dicti dicti sindicatus dicti
olim potestatis, et ipsius officiales et familiares teneantur et debeant coram
super dicto sindico esse comparere et se excusare et rendere iustitiam
generali et satisfacere conquerenti dummodo nullus advocatus vel procurator de dicta terra
[...] recipi possit in fideiussorem seu pro fideiussore dictorum potestatis
officialium, seu familiarum vel alicuius eorum: Et siquis de dictis
advocatis et procuratoribus invenerit seu fideiusserit pro aliquo predictorum
nisi primo probaverit quod sit advocatus vel procurator in decem libris denariorum
pro potestatem dicte terre puniatur. Et nihilominus nullus advocatus vel
procurator de dicta terra possit possit esse advocatus vel procurator pro dictis
potestate officialibus vel familiaribus nec aliquod patrocinium eis vel
alicui eorum prestare tacite vel expresse, palam vel occulte, contra
facientes in vigintiquinque libris denariorum condempnetur et puniatur summarie per
potestatem qui tunc in officio presideret. Et sindicus qui est forensis
predictam aliquem de predictis pro fideiussore receperit vel patrocinium
prestiterit simili pena puniatur de facto. Et insuper dictus sindicus
habeat merum et mistum imperium: et omnimodam potestatem procedendi.
cognoscendi, et diffiniendi infra dictos quindecim dies pro quolibet
semestrii tempore, summarie et de plano ac sine strepitu et figura
iudicii diebus feriatis et in honore dei, et non feriatis cum
[...] subsistat. Et si infra dictum tempus sindicatus dictos officiales
non absolverit vel condempnaverit in quinquaginta libris denariorum [...] cassiet
condempnetur et ad interesse: et ad omne dampnum tam ipsius, quam
singularibus personis eiusdem.

¶ Quod potestas et officiales non confirmentur. Rubrica XVI

14 v Pro evidenti utilitate dicti com. et singularum personarum eiusdem
Statuimus et ordinamus quod potestas terre vassi qui fuit per tempora seu
menses. potestas nec aliquis eius officialis possit seu possint
aliquo quesito colore refirmari: pro aliis sex mensibus nec promoveri
seu minori tempore, nec in alio novo officio ad idem officium
seu refirmaretur ut re eligatur
in officio re eligi ut re assumi Et si refirmaret ut re eligetur
contra formam predictam talis refirmatio ut electio non valeat nec
teneat ipso iure, nec ex ipsa ius aliquod petendi salarium
competat, nec actio aliqua oriatur ex predictis: sed sit talis electio et
refirmatio nulla: et habeatur et fingatur dolosa: et fraudulenta
et per ambitionem procurata et facta Et nihilominus nullus
dictorum vassi audeat ut presumat procurare quod talis refirmatio
seu electio fiat nec consules dicte terre, nec aliquis de consilio
credentie audeat ut presumat proponere in aliquo consilio ut arengha
nec quod proponatur consentire nec consulere ut arengare quod talis
dominus potestas ut aliquis eius officialis refirmetur seu re eligatur
contra formam predictam: Contrafaciens vero incurrat libris decem pro
quolibet sine diminutione aliqua condempnetur: Et hoc statutum sit
precisum: et non possit tolli, nec suspendi consilio ut arenga
aliquo in contrarium non obstante: et similiter non possint quoquo modo
sindicari in tempore eorum officii: et omnia que supra scripta sunt decto
refirmando et petere in contrafacientes et eligant repetita in parte
predicta videlicet quod non possit sindicari in tempore

17 Quod potestas et officiales non possint se absentare. Capitulum xvii

Statuimus et ordinamus quod potestas dicte terre, nec aliquis eius officialis seu

familiaris audeat ut presumat se absentare extra castrum et suum
districtum nisi ex magna et evidenti necessitate et tunc cum licentia
dominorum consulum et [illegible] residentie et si quis [illegible] fecerit si quidem
potestas pro quolibet die quo absens fuerit in decem libris denariorum. Iudex vero
pro quolibet die quo fuit absens in quinque libris denariorum. Miles socius vero
pro quolibet die quo absens fuit in tribus libris denariorum. Notarius vero in
quadraginta solidis denariorum pro die quolibet quo fuit absens. Familiaris
vero pro quolibet die quo absens fuit si [illegible] in decem denariorum
sine diminutione debeat condempnari. Addentes quod si contingit domino
potestati unum ex familiis mittere pro suis necessitatibus seu oportunitatibus
quod possit ipsum mittere extra dictam terram et districtum pro quatuor
diebus ut quinque ad plus cum licentia dominorum consulum tamen

Quod fiat unus liber per dominos consules et cancellarium de rebus xviij
palatiorum potestatis consulum et cancellarie et castrorum et fortilitiorum. Rubrica

18 Dominum consules et cancellarius terre castri teneantur et
debeant vinculo iuramenti infra unum mensem post publicationem presentis statuti
facere unum librum in quo scribant particulariter omnia arma, arnesia
massaritias et res alias que moveri possunt existentia in palatio
residentie domini potestatis predicti et ea que sunt in palatio dominorum
consulum et cancellarie dicti castri particulariter et predicti et existentia
in turribus fortilitiis et castris dicti castri ut possint reinveniri
in principio officii potestatis dominorum consulum et
per aliquem et [illegible] cuilibet castellano dictorum fortilitiorum et castrorum
cancellarii ac cuilibet castellano [illegible]
assignari [illegible] ad eorum et cuiusque ipsorum spectantibus [illegible] et
in fine officii cuiuslibet seu quorumlibet ipsa assignata reperiri et

85 v [illegible] et si aliqd differet credare debeat [illegible] illum seu
[illegible] ad quem [illegible] et debeat [illegible]. Et domini consules
[illegible] debeant [illegible] notificari tenentur
debeant [illegible] iuramenti et pena [illegible] dominis quibus
[illegible] faciant credare. Addentes
[illegible] inventarium fiat in quolibet castro de armis et
massariciis eius castri. quod inventarium debeat esse penes
massarios dicti castri cum nominibus illorum penes quos sint.

19 ~~18~~ De electione dominorum consulum terre Cassie. R(ubric)a. xix.

Ut venerabile officium consulatus terre Cassie per quod
ipsa terra Cassie ab antiquo fortissimis temporibus extitit gubernata
in ipsa terra Cassie vacare non possit. Statuimus et ordinamus
et presenti lege firmamus quod domini consules qui nunc sunt an(te)
medium mensis aprilis teneantur et debeant facere congregare
consilium credentie et sapientum in iure in palatio resid(entie)
dominorum consulum dicte terre, nisi aliud dominis consulibus ex causa
videretur. et ibidem ipsis congregatis Christi nomine invocato ad
electionem consulum dicte terre pro uno anno inchoando in dicti
nominis die kalendarum maii procedantur et ut sequitur in eodem
nomine finiendo hoc modo et forma videlicet procedatur videlicet quod in uno
cappello mittantur vigintiquatuor fabe nigre et tot albe
quot sunt in dicto consilio ultra vigintiquatuor, computatis omnibus
consulibus consiliariis credentie, et sapientibus in iure. Et ipsis

in dicto loco regiorum incipiendo ab uno consulum providendo
ad terras alias usque quo fuerit extracto dictarum [illegible]
reperta et completa et fuit in uno [illegible] et pro
extrahatur a dicto cappello per unum puerum minorem xv annis
una faba a dicto cappello et talis pro quo extracta fuit
faba amplius non ponatur et primi duodecim quibus obvenerit
dicta faba nigra eligant xii homines de dicta terra castri
pro consulibus dicte terre et alii xii quibus obvenerint
dicte fabe nigre post dictos primos xii eligant alios xii
bonos homines de comitatu et districtu dicte terre castri pro
consulibus et iurisconsultis dicte terre dummodo non
nisi unus approbatus de uno castro vel villa pro uno anno
pedro: prestito primo per ipsos electores et quibuslibet eorum corporali
iuramento de eligendo bonos et legales homines et ydoneos
ad dictum officium exercendum quorum nullus possit esse minor
xxv annis nec possint eligere aliquem ad dictum officium
consulatus qui in eodem officio fuerit in uno anno a dicto die
tertia maii retro computando quorum nomina cancellarius dicte
terre ipsis electoribus ante ipsam electionem legat et scripta
habeat adhoc ut super ipsa electione error committi non possit
et quilibet sic electus approbari debeat per duas partes totius
dicti consilii ad bussulas et pallottas et numeratio dictarum
pallottarum fiat in presentia dominorum consulum et electoris
et quilibet debeat ambas manus in bussulas mittere et [illegible]

16 v

no possit uideri : quam bussulam suam pallucta mittat
Et si non fuit approbatus ut dictum est : qui eum elegit
alium eligat qui debeat approbari modo et ordine
supradictis sic faciendo scrutinium donec unus fuerit appro
batus : et dicti uiginti quatuor sic electi et approbati
sint consules dicte terre pro uno anno : quorum nomina scribantur
in sex cartuciis in quarum qualibet scribantur quatuor nomina
dictorum electorum : uidelicet duo de dicta terra et duo de comitatu pre
dictis electis per dictos consules : Et ipse cartucie inuoluantur in
quadam pallucta cere equalibus ita quod sint sex pallucte
eiusdem qualitatis : et mittantur in una bussula et scribatur
octo diebus ante introitum officii eorum : Et predicta bussula
sigillari : et claudi debeat sigillo paruo dicti comunis : Et
predicta omnia fiant . antequam dictum consilium exeat de dicto palatio
Et illi quorum nomina scripta sunt in dictis cartuciis sint
consules dicte terre pro duobus mensibus proxime uenturis
incipiendo die kalendarum maii et ut sequitur finiendo dies
Et sic fiat scrutinium de duobus mensibus in duobus mensibus
donec perfecta et completa fuerint tertio predicto : qua
completa consules qui erunt de mense martii : et aprilis faciant
completa consules qui erunt de mense martii : et aprilis faciant
dictum consilium congregari : et similiter electionem : et
imbussulationem fieri faciant : et sic fiat scrutinium temporibus
in omnibus : et per omnia ut superius est expressum : Addentes
quod dicta bussula sit ligata, et clausa : et sigillata
reponatur in quadam cassetta : cum tribus clauibus quarum
unam teneat dicti consules : Aliam prior fratrum sancti magni

observare cum effectu pena xxv. librarum denariorum cortonensium adplicandarum
Declarantes expresse quod predictum statutum locum non habeat in
de hiis de quibus esset quod inter dictos [illegible] appareret publicum
instrumentum testium codicilli seu ultime voluntatis sententia ut preceptum
in ipsum laudum seu arbitramentum.

Quod principalis prius conveniatur in civilibus quam fideiussor et quod teneatur sibi fideiussorem conservare indempnem — R/ xxii

Item statuimus et ordinamus quod in civilibus causis debeat prius conveniri principalis quam fideiussor non obstante renuntiatione facta per ipsum fideiussorem tempore quo se obligavit seu fideiussit pro alio. Et fideiussor etiam intelligatur ille qui appareret in aliquo instrumento obligatus una et insolidum cum alio seu aliis dum tales seu talis cum quibus seu quo obligatus apparet eodem die loco et testibus et creditore presente promisissent seu promisisset ipsum seu obligatum cum eis seu eo conservare indempnem. Et si dictus fideiussor pro dicta fideiussione seu eius occasione pro alio aliquod dampnum sentiret seu sustineret et si non solvit quantitatem pro qua fideiussit ut dum non stetit in obligatione pro tam prius fideiussit dicto domino potestati ut iudici terre constiterit quod dictus fideiussor ob dictam fideiussionem aliquod dampnum passus fuit quoquomodo sive in iudicio sive extra quod prefati potestas et eius iudex super hiis requisiti a dicto fideiussore seu eius procuratore teneantur et debeant vinculo iuramenti et pena xxv. denariorum pro quolibet cogere dictos principales debitores si vivunt atque eius heredes ad extrahendum dictum fideiussorem et ipsum liberandum a dicta fideiussione et obligatione et ipsum conservare indempnem. Ad que cogi possit et debeat dictus principalis et eius heredes sine aliquo alio processu

fideiussores
quante in causam [illegible] domus

ul' sollepnitate sumarie et de plano sine strepitu et figura
iudicij. Si uero post dictam fideiussionem factam principalis debitor
extra post obligationes et fideiussionem predictam superueniente
ipse principalis debitor effectus fuit suspectus et fugitiuus
facta fide sumarie per ipsum fideiussorem dicto potestati uel iudici
de suspectione fughe dicti principalis et per eum prestito iuramento
quod ipsum principalem extra post fideiussionem superuenienti fraz
ht suspectum et fugitiuum: et timet ne fugiat: et ipsum
fideiussore obligatum dimittat: et petat ipsum principalem
capi et detineri tanquam suspectum et fugitiuum ut predicitur: potestas
seu eius iudex super his requisitus teneatur et debeat dictum
principalem debitorem sic suspectum capi facere et detineri
ad uoluntatem dicti fideiussoris: et ipsum non prius relassari
donec dictum fideiussorem extraxerit de fideiussione: et obligatione
predicta uel ipsi fideiussori donec satisfecerit de ipsius et eius
heredes et bona a dicta fideiussione et obligatione conseruando indempnes.
Et si potestas uel iudex requisitus fuit negligens uel remissus
in xxv. libr' den' sine diminutione Comuni cassie condempnetur: et
parti lese. videlicet fideiussori predicto ad interesse.

xxx De contractibus minorum et forma seruanda iuris — R xxiij

Constitutioni romane ecclesie loquenti de hac materia inherendo
Statuimus et ordinamus quod donationes, venditiones, alienationes
remissiones, cessiones: et quietationes quarumcumque rerum
actionum uel iurium sequamcumque formam contractuum uel ultimarum
a pubertibus suis adultis facte sine iure corporali prestito uel
cum ipso iuramento absque consentia parentum duorum uel trium

proximior consanguineorum si extant vel saltem affinium: et sine decreto iudicis terre cassi: et insinuatione fienda partis cuius dicte terre cassie ne quarumque universitatis collegio vel comitatus et cum consensu personis specialibus fieri non valeat nec aliquatenus celebrari: et si forte vel celebrate fuerint non creditis omnibus sollempnitatibus supradictis presumatur et fingatur dolose extorte et nullam obtineat roboris firmitate aliquo instrumento non obstante

De parte lucranda per virum de dote uxoris decedentis intestate sine filiis — R° xxiiii

Item statuimus et ordinamus quod si contingerit uxorem alicuius de cassia vel districtus sine filiis ex eodem matrimonio natis decedere intestatam quod maritus ipsius sic decedentis abintestato in recompensatione expensarum per ipsum maritum factarum per ipsa sua uxor tempore nuptiarum et contracti matrimonii et post. Sextam partem sue dotis date et promisse lucretur auctoritate presentis statuti et ad ipsam sextam partem restituendam minime teneatur aliquo instrumento non obstante: Et si ipsam sextam partem dictus maritus non habuerit possit contra promissores et eorum heredes dictam sextam partem petere: et exigere conditione presentis statuti.

Quod mulier dotata sit contenta sua dote et non possit abintestato dotanti succedere — R° xxv

Item statuimus et ordinamus quod nulla mulier de cassia et eius districtu: que dotata est a patre, matre, avo, fratre carnali vel patruo possit venire ad successionem dotantis extante masculo ex eo dotante filio masculo vel nepote ex filio seu fratre carnali masculo dotantis seu filio masculo fratris predicti: donec dicti masculi vel superstites supervixerint: Sed sit dicta

mulier sua dote contenta. Et in omni casu predicto, quo mulier exclu-
ditur a successione dotantis ab intestato: intelligant et exclusi
descendentes ex ipsa muliere aliquo iure contrario non obstante.

De operis novi nuntiatione —————— R. xlvij

Item statuimus et ordinamus quod si alicui dicta comunis et ad districtu
edificanti seu novum opus aliquod facienti nuntiatum fuit per
aliquem novum opus sive verbo sibi edificanti in ipso opere ut
ad opificibus suis coram iudice, liceat prestita satisdatione primo
per ipsum edificantem, seu edificari, seu novum opus fieri faciente
de demoliendo quod post denuntiationem edificaverit ut fecerit seu
fieri fecerit, non expectato termino iuris: infra quem possit
nuntians de suo iure in iudicio probare: et sibi liceat denuntians
novum opus facere. Ita tamen quod si apparuerit eum iniuste edi-
ficasse quod debeat quod iniustum demolire: et rem in pristinum statu
reducere omnibus ipsius hedificantis sumptibus et expensis de facto
et sine aliquo alio processu: et aliquo iure canonico ut civili
in contrarium loquente non obstante

Quod credatur sacramento actoris contra contumacem usque in xx solidos —— R. xlviij

Item statuimus et ordinamus quod si aliquis citatus fuit coram curia
comunis castri et non comparuerit, actor in termino comparente et eius
contumaciam incusante ut in primo statuto de citatione loquente
continetur, quod iudex seu quivis alius officialis dicti comunis
coram quo citatus fuit teneatur et debeat ad petitionem actoris
contra ipsius contumaciam pronuntiare: et procedere ad ulteriora usque
in quantitatem .xx. solidorum denariorum de quibus credatur sacramento actoris sine aliqua probatione.

Qd' i quolibz istrumto 9tractu excedete suma x libraz
debeant duo notarij ee rogati — R. xxviij

Ut negotia hominu tre cessit: et districtu, quatus est possibile
affectantes ut sine suspition procedat: et denotarijs dce tre
obloqui evitet'. Statuimus z ordinam' q i omi testo, codicillis
donation ca mortis: et qualibz alia Ultia voluntate et i quocuq
9tractu mutui ut deposit vendition, donation, quietationis
remission, cession, transaction et quolibz alius gnis ac laudo
snia: et arbitramto quorumcuq arbitror seu arbitrator
9tinetem sumam ut rem valente, a x. libr sup debeant duo
notarij ee rogati. Vz unus scriber, z alius subscriber. Et q'cu
notarij sic rogati teneant' z debeant pen. C. s. den p quolibz
i 9tinenti cu rogati fuerint de pdcis ut aliq pdcoz scriber
i quatno seu bastardello testa z Ultias voluntates ~~extense~~
at rogatoes ~~saltem~~ et 9tctus. Saltem substantialr: et i fine
ipsoz et cuilibz eoz dcus notas rogat', desbscription se subscribat
et suum signum apponat. Et ystmto cuilibz alr 9fecto: et cele
brato fides nullaten' adhibeat'. Sz potius tale ystm 9fectum
no suato sollepnitate pdca sit nullum, et nullius valoris
efficacie roboris ut momti sive aliq 9trium no obstante:

Qd potas teneat' dare advocatu z pcuratore n hnti
z petenti — R. xxix

Cum iur sit, q magnatus seu psides teneat' no hnti
advocatus ipsum dare petenti: et ne ob defectum huiusmoi aliqs
i suo iure ledatur. Statuim' et ordinam' q potas dce tre cass
et eius iudex z vicarius, et qlibz eoz sup his requisitus tene
atur, z debeat cuicuq causanti, seu causare volenti Coram
ipis dno potate ut iudice, seu alio officiale dce cois dare

petenti advocatum et procuratorem quos seu quem petierit: Nisi talis petitus iuxta ea excusaretur ab acceptatione advocationis seu procurationis predicte: et si eius excusationes dictus potestas et iudici iustam fore videretur, alium advocatum et procuratorem quem petiit dare omnimodo teneatur expensis illius petentis: et si potestas ut iudex super hiis requisitus in dando advocatum et procuratorem petitum tali petenti fuerit negligens ut remissus in xxv libris denariorum communi cassie condempnetur: Et advocatus et procurator sic datus si acceptare recusaverit ut recusaverint ut distulerit pena centum solidorum denariorum pro quolibet ipso facto incurrant: quam penam potestas ut iudex predictus teneatur ad predicta superius denotata a dicto advocato seu procuratore petito recusante seu acceptare differente auferre de facto et camerarius communis dicti communis cassie facere devenire sine aliquo alio processu ut sententia nullo premisso obstante. Hoc addito quod nullus possit habere nisi unum advocatum et unum procuratorem contra faciens pena x librarum denariorum incurrat communi cassie applicandam.

Quod venditor teneatur emptori cum mota est questio rei vendite defendere et adesse continue in iudicio et expensas facere. R xxx

Venditor qui rem aliquam vendidit et tradidit alicui si specialiter non excepit se de evictione nolle teneri: Et emptori in iudicio mota fuerit lis et questio seu predicta re vendita aut parte ipsius et si esset super usufructu dicte rei vendite. Venditor predictus et eius heredes teneatur et debeat dicto emptori et eius heredibus rem venditam defendere et in ipso iudicio legitime comparere super defensione predicta in termino citationis

dicto ipso venditore seu eius heredibus facta adpetitione dicti emptoris seu
eius heredum quod veniat coram potestate vel judice terre castri seu coram
alio officiali coram quo talis lix vel questio mota erit ad defendendum
dicto emptori seu eius heredibus dictam rem venditam declarando
rem protocolum et confinia seu alias demostrationes opportunas
et nomen moventis litem : et adesse dicto judicio pro interesse
suo et omnes expensas necessarias : et opportunas pro defensione predicta facere
etiam pro salariis advocatorum et procuratorum dicte cause ipsius ven.
et eius heredum et sic et super ipsa lite insistere pro defensione
predicta adartus singulos incumbentes usque ad diffinitivam sententiam
inclusive : et si judicium fuerit peractum et dicta res vendita
evicta a dicto emptore talis venditor et eius heredes teneantur
dicto emptori et eius heredibus ad interesse : Quo liquidato sumarie
et deplano ac sine strepitu judicii vel figura : et sine aliquo
alio processu potestas vel judex predictus seu alius officialis qui de
dicta causa cognovit Cogat dictum venditorem : et eius heredes ad
dandum et solvendum dicto emptori seu eius heredibus interesse predictum
quemadmodum si ad ipsum interesse solvendum dictus venditor seu
eius heredes condempnati fuissent : et contra ipsum venditorem et eius
heredes executio fieri possit realiter et personaliter quemadmodum potest
contra debitorem contra quem lata est sententia adpetitione creditoris
etiam nulla exceptione opposita de premissis constituto dicti casus et
contra dictam executionem nulla exceptio admictatur et de predictis.
Et quod potestas et eius judex et vicarius teneantur predicta omnia
tam cogendo dictum venditorem et eius heredes ad veniendum et
comparendum coram eis ad defendendum dictam rem per eum venditam
et adsistendum dicto judicio et expensas faciendum quam et in exequendo
et executionem faciendo de interesse predicto adpetitionem dicti emptoris
seu eius heredum : Qui potestas vel eius judex si fuerit negligens

ul' remissus i xxv. lbr dn p quolibz negligente coi cassie p ipi
Sindicum / et rationatores i remissibit condepnet. Cui pene
medietas sit dci cois: et alia partis conquerentis: et petitores
cont ipum potestatez ul iudicem perdurantis tpr sindicatus
eoz

Q notarij causaz civiliz durante officio no possint
exercere officium procur: et et pro suo facto agere — R. xxxi

PRo equalitate maxim in iudicijs conservanda: et ut cause
civiles sine suspition procedant. Statuim' et ordinam' q notij
actoz causaz civiliu cois cassie no possint nec valeant
ipi ul aliquis ipoz durante eoz officio coram potestate ul
iudice seu aliquo officiali dci cois i civilib causis i iudicio
tamq procures sindicus curator ul actor nec defensorio
nec tamq coniuncta persona nec aliqd patrocinius alicuj impertiri n
etiam suo ppo noie aliquam cam cont aliquem mover ul
iam motam prosequi / quo officio durante nullus tenens
curat i ea: Et si quis contrafecerit incidat ul aliq patroc
ipo facto pena. C. s. dn p vice qualibz i curat: quam pena
potas iudex ul alius officialis dci cois coram quo contrafactum
fuit seu ventum per aliquem ex dcis notijs de facto / et sine
aliquo processu exigere debeat: et adman' cam dci cois facere
devenire sine aliq diminution: Quod si potas ul iudex seu
alius officialis coram quo contrafactum fuit ul pdr fuit negliges
incidat: in .x. libr dn sin diminution aliq coi cassie condepnet.
Et nihilomin' tales processus et actus qlibz factus ad petitio
dci notarij contra formam predicam sit ipo iur nullius et nullius
efficacie ul momenti. Et pdcm poena dicim' de dnis consu-
libus / cam. dci tre durante officio eoz: et civilibz eoz:

Cum disponat^r a iure plus valere quod agitur quam quod simulate concipitur volentes igitur possimus contractorum malitiis et fraudibus obviare quod instrumenta non vera sed ficta et simulata tamquam veris in iudicio uti conantur et propterea non debitorum substantiam auferre. hoc presenti statuto firmamus quod nullus cuiuscumque conditionis seu status existat audeat vel presumat in curia cons. Cassie seu alia qualibet producere seu uti contra aliquem de Cassia et in districtu aliquod instrumentum seu aliquo instrumento cuiuscumque forma seu verborum conceptione confectum seu confecto de quacumque quantitate vel re seu quacumque forma contractus quod ante presentis statuti iuribus vocatus. Et si quis contra fecerit in predictis vel aliquo predictorum producendo vel utendo tale instrumentum et tali instrumento facta prius declaratione per iudicem seu officialem coram quo productum fuit seu usum fore fictitium et simulatum in xxv. libr. den. Corrassie condempnetur sine aliquo alio processu aliquo in contrarium non obstante

Quod quilibet tutor teneatur omni anno durante tutela reddere rationem sue administrationis — Rubrica xxxiii

Pupillum igitur possimus favere debentes. Statuimus quod qualibet tutor suus sit testamentarius vel dativus vel et masculus vel femina tutrix teneatur et debeat rationem sue administrationis reddere et reassignare quolibet anno duobus propinquioribus consanguineis dicti pupilli: et introitus et exitus et summam utrorumque in presentia dictorum consanguineorum scribi facere per aliquem publicum notarium: ita quod semper apparere possit quantitas certa cuiuslibet anni tam introitus quam exitus dicti pupilli. Et si talis tutor vel tutrix dictam rationem non redderit vel reassignaverit: et scribi fecerit ut predicitur quolibet anno quo neglectus fuit et predicta non observavit in libr. decem den. cor. cass. condempnetur et nihilominus tamquam suspectus vel suspecta a dicta tutela valeat revocari: aliquo iure in contrarium non obstante.

Q[uod] fiat diuision[e] et adiudicatione rer[um] comunium sumarie procedat

Cum uale uitiuz sit negligi quod co[mun]iter possidetur. Statuim[us]
q[uod] potas ul iudex t[er]re cassie coram q[uo] peteretur rem co[mun]ez quam cu[m]
alio h[abe]t diuidi ipam rem co[mun]ez et p[ro] parte negetur no[n] ee co[mun]ez
ut si negetur p[ro]bata co[mun]ione teneat et debeat diuidi facere
rez eff[ect]u i[n]fra q[ui]nderim dies a die simplicis petitiois f[a]c[t]e et
solo v[er]bo sin[e] libello, litis c[on]testatio[n]i : et om[n]i sollepnitate omissa
si d[i]c[t]a res co[mun]is comode diuidi pot[est], vel uni d[i]c[t]az p[ar]tiuz ipas
rez adiudicet admisso . . . . . ut ut ipius u[er]o p[re]tio exq[ui]sito
Cui p[ar]ti p[ar]tem c[on]tingetez soluo, cui adiudicata no[n] est
darj fariat infra tres dies a die adiudicatiois p[re]d[ic]te gaudeat
alis si potas ul iudex in p[re]dic[ti]s fuit negligens ut remissus
i[n] decem libr[as] den[ariorum] co[mun]i cassi t[em]p[o]re sindicat[us] c[on]depnet[ur].

De pignoribus recoligendis ul licetia dada uendendi ——— R xxxv

Siquis d[e] cassie ul districtu fecerit coram potate ul iudice
t[er]re cassie aliquem adiudicatum euorarj : a quo pignus rei mobil[is]
h[ab]eat : et ab ipo debitore petat q[uod] recoligeat pignus suuz
et debitor c[on]fiteat[ur] pignus : et debituz d[i]c[t]um ul p[ro] parte
potas ul iudex h[ab]ita veritate sumarie de u[er]o debito p[re]cipiat
et mandet d[i]c[t]o debitori p[rese]nti ul et c[on]tumari q[uod] debeat
recolliger[e] d[i]c[tu]m pignus pro q[ua]ntitate p[ro] qua s[i]b[i] pignorauit
eidem infra t[er]minuz q[ui]nq[ue] dierz, alis det licentiam d[i]c[tu]s
d[omi]n[u]s potas ul e[iu]s iudex d[i]c[t]o creditori vendendi d[i]c[tu]z pignus
bona fide : et si plus exigeret de ipo pignore q[uam] sit
debitum : illud plus debitori p[re]d[i]c[t]o restituat : et p[re]d[i]c[t]a potas
et iudex p[re]d[i]c[t]i et q[ui]libz eoz teneant[ur] facere obs[er]uarj
pena decem librarz den[ariorum] comuni cassie applicador[um]
aliquo in contrariuz no[n] obstante.

Quo[modo] citet[ur] heredes i[n] cit[ate] alicuius defu[nc]ti de bito[r]is in uia o[mn]is ... R xxxvi

Si quis de cassia vel districtu seu aliunde: qui habet aliquem suum debitorem intra cassie vel districtu defunctum, et ignoret heredes ipsius contra quos agere vult, possit et valeat talis creditor heredes incertos facere citari hoc modo videlicet quod baiulus dicti cois ad petitionem dicti creditoris vadat ad domum habitationis dicti defuncti in qua habitabat tempore sue mortis: et ibidem in presentia duorum consanguineorum citet: et requirat heredes, volentes esse heredes, et pro heredibus reddi vel bona defendere dicti talis defuncti nomine eius exprimendo, quod secunda die post citationem compareant coram dicto domino potestate vel iudice responsuri de iure dicto tali creditori, qui eos citari fecerit eius nomen citum et exprimendo eidem responsuri de iure, atque contra eos procedetur tamquam contra contumaces: Et dictus faciens ipsos citari in termino dicte citationis coram ipso potestate vel iudice coram quo citati sunt legitime compareat: et ipsorum non comparentium contumaciam accuset: et ipsis expectatis legitime licentiatis recedat. Et deinde iterato ipsos heredes volentes esse heredes: et pro heredibus reddi requiri faciat publice in platea cois dicte terre cassie ubi solitum est fieri banimentis alta voce per publicum baiulum vel preconem dicti cois modo et forma citationis facte dicte quod secunda die post huiusmodi citationem et proclamationem compareant coram dicto domino potestate vel iudice eidem facienti ipsos citari responsuri de iure: et peremptorie, atque contra ipsos heredes volentes esse heredes: et pro heredibus reddi seu bona defendere dicti talis defuncti procedetur tamquam contra veros contumaces. Et dictus faciens ipsos citari in termino dicte citationis, et proclamationis legitime comparuerit coram potestate vel iudice supradicto: et dictorum heredum et citatorum non comparentium contumaciam accusaverit: et ipsis expectatis legitime et non comparentibus licentiatis recesserit: prefati heredes sic citati: et non comparentes sint veri contumaces: et pro veris contumacibus habeantur: Et contra ipsos heredes tamquam contra veros

ubi quando mortuus fuerit [illegible] debitor [illegible] curiam [illegible] illi quos tangit primo [illegible] [illegible] [illegible] si curatoris [illegible] liberandi

ꝯtumaces ꝓcedi possit: sicut ꝓcedi pot ſcdm formaꝫ ꝑdcorum statutorum
ꝯtra citatum ꝑ ut bis domi / ⁊ no ꝯparentē / ⁊ ꝯtumace aliq
iur i ꝯtrariū no obstante.

Qz uict' victori ꝯdenet' i expis — R xxxvij

In causis ciuilibꝫ / et et mistis ꝯtra cois cassie ꝯtentibꝫ et
volumus que i futurū ꝯtenderent / victus victori si iustam
caꝫ litigandi no hūit (⁊ paten) / qꝫ iustam caꝫ litigadi
no hūit ꝑpotateꝫ ut iudice dꝫ huiuoi cā cognoscēteꝫ i expis
legitis ꝯdepnet'. Al's potas ut iudex pdcus de suo / parti
victori dcas expas reficere teneat' / et pn. x. lbr den
coi cassie applicandoꝫ i curat eo ipo: —

De feriis ⁊ diebꝫ festiuis ⁊ feriatis i cās ciuilibꝫ — R xxxviij

Feriatas dies in cāis ciuilibꝫ ꝯtra cois cass ꝯtentibꝫ esse
volumus infrascriptas. vꝫ.
Diem natiuitatis dni cu tribꝫ ꝑcedentibꝫ / ⁊ septeꝫ seqntibꝫ.
Diem dominicalem.
Diem circumcisionis dni.
Festum epiphanie.
Diem cineris / cuꝫ duobꝫ ꝑcedentibꝫ.
Diem paschatis resurectois / cu septem ꝑcedentibꝫ / ⁊ septeꝫ seqntibꝫ.
Diem assūptois dni nri yhu xpi.
Diem paschatis penthecosten / cum duobꝫ seqntibꝫ.
Festum corporis xpi.
Dies festiuitatis beate marie virginis. vꝫ. anūptiatois
Assumptois / Natiuitatis / purificatois / ⁊ ꝯceptois.
Diem Natiuitatis beati Johāis baptiste.

37v

Dies festiuitatum omnium apostolorum et euangelistarum.
Diem cathedre sancti petri.
Diem conuersionis sancti pauli
Dies festiuitatum beati michaelis archangeli de mense maij et septembris.
Dies festiuitatum sancte crucis videlicet inuentionis, et exaltationis.
Dies festiuitatum quatuor doctorum ecclesie videlicet Augustini Gre
gorij : Ambrosij : et Jeronimi
Sancti antonij.
Sancti laurentij.
Sancti nicolaj.
Sancti siluestri.
Sancti francisci
Sancti herculanj videlicet prima martij.
Sancti blaxij.
Sancti benedicti.
Diem festiuitatum omnium sanctorum videlicet prima nouembris.
Diem festi sancti saluatoris
Dies festiuitatum Sancte Catarine, sancte marie madalene.
Sancte margarite de mense Julij.
Sancte lucie.
Omnes dies veneris mensis martij
Dies Rogationum
Dies feriatos propter messes : et propter vendemias : que iudicari
debeant per iudicem comunis cassie. videlicet a festo beati petri de mense
Junij usque ad festum sancte marie de mense augusti. Et propter vendembias
a quintadecima die mensis octubris, usque ad festum omnium sanctorum, nisi
aliud videretur consilio generali.
Dies quibus per comune cassie fieret exercitus uel caualcata. quibus
diebus feriatis propter honorem dei, et sanctorum eius, nullus de castro
cassie uel districtu seu habitator ipsa audeat uel presumat
aliquod laborerium facere personaliter uel cum bestijs, preter quam
in diebus supra scriptis: quos contingit ad laboreria deducere

feriis exceptis: et qui contra fecerit .X. s. den. puniatur quibus puniatur
de facto sine aliquo processu ut sententia: et sine aliqua dimi-
nutione: quas penas ad manus camerarii communis dicte terre
publicitas faciat devenire potestas et eius officialis. Et eadem
pena: et eodem modo puniantur laborantes die sabbati
de sero post vesperas videlicet post sonum campane que pulsatur
in ecclesia sancti augustini pro vesperis, et tempore quadragesimali
quo non pulsatur ad vesperas post sonum campane communis: que
pulsatur hora vesperarum pretium reddendo: Possint tamen quilibet
uter cum salmis ad suprascripta ante dictam horam et post
dictam horam pretium imponere: De quibus diebus statuitur quo
ad laboreria excipimus infrascriptos videlicet ~~diem cineris~~
Diem cineris cum duobus precedentibus. Et
Tres dies precedentes festum nativitatis domini.
Duos dies de octo sequentibus festum nativitatis domini videlicet
penultimam et ante penultimam: et de .viii. precedentibus diebus
festum pascalis resurrectionis domini quo ad laboreria exci-
pimus quatuor dies videlicet lune, martis, mercurii, iovis, et
sabati. Et de septem diebus sequentibus ipsum festum pa-
schatis resurrectionis domini excipimus quatuor dies videlicet
mercurii, iovis, veneris, et sabati. Et dies rogationum
post illas, et excipimus dies feriatos solum pro messas
et vindemias, quibus diebus non obstantibus dictis feriis
possit quilibet operari, non tamen intelligatur quod diebus dominicis
et aliis festivitatibus occurrentibus in dicto tempore messium et
vendembiarum liceat operari: sed prohibitum et pena intelli-
gatur ut supra dictum est. Addentes quod in dictis festivitatibus
exceptis nativitatis domini: pascalis resurrectionis et pente-
costen: Et festivitatibus virginis gloriose et dominicis, liceat
trasirinum lignamen pro hedificio trasinandi et trasinandum facere.

Et potas et eis unā teneat(ur) et debeat vinculo iuramenti: et pena
.x. libr(arum) den(ariorum) de suo salario, quolibet mense inquirere, et investigare
contra laborantes in diebus p(ro)hibitis: et in d(ic)tis aquolibet
sindico castro(rum) et villa(rum) districtus Cassie: et repertos
culpabiles punire ut supius d(ic)tum est.

De solutionibus scriptura(rum) notario(rum) banche cura(rum) civilium comunis Cassie R(ubrica) xxxix

Reformatio(n)e(m) p(ro)d(ic)tam co(mun)is Cassie factam sup(er) solutionibus fiendis
notariis banche cur(iarum) civilium co(mun)is Cass(ie) innovantes et ipi refo(r)
matio(n)i inherentes. Statuim(us) et ordinam(us) ipam p(ro) statuto fuari
scriptam manu s(er) Martini (con)dam (ser) Francisci de Monte s(an)c(t)e M(ari)e in lapid(e)
not(ari)i et cancellarii d(i)c(t)e t(er)re Cassie ad reformatio(n)e(m) et distinctio(n)e(m)
et ordinatio(n)is salario(rum) scriptura(rum) inferius scribi facim(us)
cuius tenor talis est. In no(m)i(n)e d(omi)ni amen infrascripta s(un)t capitula
et ordinam(en)ta reformat(ionis) reformata facta edita: et (com)pilata
p(er) d(omi)nos potestatem et Consules .xxiiii. credentie sapientum
priorum: et Lx. (con)siliar(ios) iurat(os) de populo co(mun)is et populi t(er)re Cass(ie)
p(ro) infrascriptis scripturis p(er) eos fiendis.

Pro commissione que fieret et in quaterno scriberet(ur) — d. iiii^or.
Pro publicatione v(er)o d(i)c(t)e commissionis — d. xii.
Pro Relatione relatoris in q(ua)t(er)no scribenda — d. iii.
Pro publicatione v(er)o d(i)c(t)e ~~relationis~~ relationis — d. vi.
Pro petitione simplici in quaterno scribenda — d. vi.
Pro publicatione v(er)o d(i)c(t)e petitionis — d. viii.
Pro productione petitionis seu libelli a x libr(is) infra — d. viii.
Pro abinde v(er)o sup(ra) — d. xii.
Pro publicatione v(er)o petitionis et p(ro)ductionis — d. xxx.
Pro quolibet t(er)mino dato ad r(espo)ndendum libello ut ad p(ro)bandum et
pro quolibet alio t(er)mino p(er) qualibet p(ar)tem — d. iii.

Pro publication nō — s o d iij
Pro qualibz exceptione apducta — s o d iij
Pro publication nō omnz exceptionz — s ij d ij
Pro responsion sup quolibz capto aqualibz pte — s o d iij
Pro publication nō omnz — s ij d vj
Pro Confession / z ꝑcepto a. xx. s. ī. — s o d iij
Ab ind nō sup apptente — s o d vj
Pro publication nō ꝑcepti a. xx. s. ī. — s j d vj
Ab ind sup — s ij d o
Pro scriptura pnuptiatois sumarie a. xx s. ī — s o d vj
Ab ind sup — s o d viij
Pro publication nō dn̄j duodecz .vz — s j
Pro scriptura exbanimti usqz ad xx s — s o d vj
Ab ind sup — s o d viij
Pro publication nō — s ij d ij
Pro scriptura refectiois expart / et cancellation processus — s o d viij
Pro publication nō — s j d vj
Pro banimto hreditatis .vz ꝑ pmo — s o d viij
Pro Comissione / z relation tenute — s j d o
Pro pmo banimto ypius tenute adcaoliend — s o d iij
Pro aliis tribz banimtis sequetibz .vz. p quolibz — s o d iij
Pro sntia exso decreto ꝑ pma scriptura — s ij d vj
Pro publication nō processus ex pmo / z exso decreto — s ij d vj
Pro production petitiois cum tenore — s o d viij
Pro publication nō cuz tenor petitiois — s ij d vj
Pro contestation litis / z iurto de calunia usqz ad xx. s. ꝑ parte — s j d o
Abind sup p qualibz pte — s ij d o
Pro pub nō contestatois / z iurto calunie cuiusqz qntitis sit — s ij d vj
Pro scriptura pductois ystmti stinetis qntis usqz ad x. lbr — s o d viij
Ab ind nō sup apducetis i ystis cauis — s j d o
Pro publicatione nō cu tenor totius ystmti — s iij d o

39v

Pro copia cuiuslibet ystrumenti sive registratura ystrumentis	s ij	d iiij
Pro scriptura testis si aliquid dixerit	s o	d iij
Pro publicatione eius	s j	d vj
Si non dixerit aliquid	s o	d vj
Pro publicatione eius	s j	d o
Pro copia cuiuslibet simplicis testis qui dixit aliquid videlicet non in publica forma	s j	d o
Si non dixerit aliquid	s o	d vj
Pro scriptura sententie diffinitive a x libr. infra	s ij	
Ab inde supra	s iij	
Pro publicatione	s iiij	
Pro copia sententie non in publica forma	s ij.	
Ab inde supra	s iij.	
Pro protestatione simplici contestantis	s o	d iij
Si continuerit in scriptis	s j.	
Pro publicatione eius	s ij	d ij
Pro tutela et curatela videlicet pro prima scriptura pro qualibet.	s j	d vj
Pro cura et actoria pro qualibet	s j	d o
Pro procuratione	s o	d vj
Pro publicatione eius tutele	s iij	
Pro publicatione eius inventarii	s v.	
Pro publicatione cure et actorie pro qualibet	s ij	d ij
Pro publicatione procuratoris	s ij	d ij
Copia semper detur expensis producentis		
Pro scriptura publica testium pro qualibet parte videlicet partium tantum	s o	d x
Pro publicatione eius	s j	d vj
Pro sacramenti delatione ad ferentis	s o	d vj
Ad referente	s o	d iij
Pro publicatione eius	s j.	d vj.
Pro scriptura compromissi in quo non pro qualibet parte	s j.	d o
Pro publicatione eius	s iij	d o
Pro productione procuratoris	s o	d vj

Pro salario uero scripturarum super non declaratarum soluat de similibus
dissimilia quam similitudinem faciat iudex dominus potestas presentis
et futuri in quibus habeat plenum arbitrium : Et notarij qui
fuit pro tempore / et in posterum ad dictum officium ultra dictam formam
predictis scripturis ut prefertur non recipiat quoquo modo
pena v. s. pro quolibet et vice qualibet . Quam penam
potestas / et vicarius qui pro tempore fuit inquirere teneantur de facto
sine probatione seruata / et sine strepitu et figura iudicij
et eorum vinculo iuri et pena xxv. librarum denariorum de eorum salario
recipiat illico teneantur Et insuper notarij restituant
superfluum illis agentibus recepit / et stetur querele cuilibet
querelantis cum iuramento absque aliqua probatione :

De moderatione solutionis pro instrumentis publicis — Rubrica xl

Excessiuis et immoderatis exactionibus notariorum dicte ciuitatis et
districtus qui rogantur pro testamentis / codicillis et alijs ultimis uo-
luntatibus / ac pro alijs instrumentis / venditionum / donationum, permu-
tationum / ac aliorum instrumentorum et contractuum cuiuscumque
nominis : et quarumcumque receptione verborum non solum plus
debito : sed et excessiuis pecuniarum quantitatem ab hijs ad
quos pertinent extorquere / quibus intotum possumus
obuiare uolentes : et sequi uoluntatem consilij generalis
et credentie dicte terre / et quorum uoluntatem declaratam
ad bussulas / et pallottas uidimus in presenti . Statuimus quod
nullus dicte ciuitatis et districtu qui rogatus fuit
de aliquo testamento codicillo uel alia ultima uoluntate seu
quocumque alio instrumento uel contractu uel rogabit in futurum

40v

cui utrique parti et ul' rei teneat' et debeat ad petitionem cuiusque parti et eist extrahere i pub formam, et restituere eidem. Et pro quolibet ystrumento sive pub°: et i pub foram extracto no possit dictus notarius arripe ultra duos flor auri quoque modo: Pro rogatione quidem et prima scriptura seu prothocollo no possit arripe ultra duos anul: et abinde infra arbitrio judicis potestatis terre cass considerati qualitate contrahentium seu testantium et heredum seu legatariorum et quantitate rerum et i ipsis contentarum. Et potestas dicte terre teneat' predicta observari facere pena xxv. libr den: et vinculo iuri:—

Infrascripta sunt Rubrica tertii libri

Rubrice tertij libri.

De citationibus fiendis i mallefitijs et earum forma. R^a i
Quod notarii malleficiorum teneat' ponere adequaliter accusationes denuptiationes: et inquisitiones. — — — — R^a ii
Quod potestas et eius judex possit procedere et per inquisitionem de omni mallefitio et delicto R^a iii
De modo procedendi i causis criminalibus. — — R^a iiii
Quod potestas teneat' processus criminales renuare presentias i. in scriptis. R^a v
Quod sententie sup mallefitijs i criminalibus causis ferant' consilio generali: et quod banimentum consilio habeat' pro citatione peremptoria. R^a vi
Quod processus et sententie criminales no vitientur ratione sollepnitatis obmisse — — R^a vi
De eo quem sint inter legitima inditia citando. R^a vi
Quod filij familias minores xiiii annis et mulieres i criminalibus causis possint interesse i iudicio et testificando. R^a i

De pena testiuz nō venientiuz ad iurād(um) z testimoniuz veritatis phibend(um) R. x

De forensibus accusatis de nuptialitatis ul' ingestis īvita civis rasset regredi. R. xi

De beneficio ɔfessionis: paris: et solutionis. ī. t'minum. R. xii

Qui pene pecuniarie maleficiorum dupplicent locis et temporibus īscriptis. R. xiii

Qualiter puniantur offendentes d(omi)nz potestatez t're rass seu eius officiales z familiares, Dnōs consules ul' cancell', et cam. R. xiiii

De hiis qui receperunt appenis (?) pentotuz ul' ī ptem R. xv

De cerpis nō faciendis ī nuptiis z sponsalitiis R. xvi

De pena extrahentiuz t'minos / mutantis cursuz aque deguastantis limitez alterius ul' de novo facit. R. xvii

De pena proditoris: et receptantis eorundem R. xviii

De pena blasfemantiuz deum: eius matrez ul' alios sanctos R. xviiii

De pena homicidii: et prestantium auxiliu(m) R. xx

De pena percutientiuz aliquem cuz armis ferreis ul' ferratis. R. xxi

De pena amputantiuz ul' debilitantiuz alicui membruz. R. xxii

De pena percutientiuz aliquē cū bastone rapello ul' lapide ul' aliquo. R. xxiii

De pena insultantiuz aliquez ad domuz ul' alibi. R. xxiiii

De pena percutientiuz aliquem cū alapa sive pugno ul' calce: R. xxv

De pena rapientiū aliquē p(er) personā / z delamantiuz pannos. R. xxvi

De pena evaginantiū arma ɔt aliquez / z adminantiuz. R. xxvii

De pena impugnantis aliquē / z facientis cader' īterram. R. xxviii

De pena rapientiuz aliquē p(er) nasuz seu capillos ul' barbaz ul' mictentis manuz īgulam. R. xxix

De pena sputantis īfaciem alicui ul' aliquā turpitudiez p(ro)hicientis. R. xxx

De pena rapperantis / z dicentis alicui rouagliuso et alia v(er)ba īiuriosa. R. xxxi

De pena derobantiū: et se paratiuz alicui īstrata. R. xxxii

De pena ɔmictentiuz ul' strupum aut adulteriuz et de raptu virginuz: et monialiuz. R. xxxiii

De pena furantiuz R. xxxiiii

De pena mictentis ignem in aliqua domo et aliis rebus.
De pena tenentium aliquem inprovviso carcere.
De pena ementium seu accipientium res furatas et furtivas.
De pena prestantis alicui delinquenti auxilium consilium vel favorem.
De falsariis et eorum penis.
De pena facientium conventiculas seu congregationes illicitas.
De pena assassinatis et facientis aliquem assassinari pecunia.
De pena frangentium pacem.
De pena balistrantium seu sagittantium contra aliquem.
De pena facientium rissam vel rumorem in aliquo
De pena frangentium carceres et aufugientium de palatio
De pena exeuntium vel intrantium aliunde quam per portam.
De pena invadentis seu occupantis tenutam datam per curiam.
De pena ludentium ad ludum tassillorum et similia.
Quod nullus vadat ad stipendium vel sine stipendio in futurum vel offensam alicuius.
Quod nullus forensis possit habitare in aliquo castro districtus
castri et de pena concedentis sibi domum.
De pena inferentium vim repulsivam seu turbativam.
De pena portantium arma.
De pena euntium post tertium sonum campane.
De pena receptantium exbannitos et quo possint impune offendi.
De pena facientium rumorem vel rissam in terra castri
et trahentium ad eam cum armis.
De pena non probantis accusationes seu denuptiationes.
De pena petentis plus debito vel debitum iam solutum.
De pena parantis se bay⁹ cois.
De pena destruentium domum vel mandantis eam destruendi.
De pena rapientium columbos vel gallinam et facien-
tium apparatum ad rapiendum ipsos.
Quod in penis non limitatis per maleficiis procedatur de similibus ad similia.
De pena imponenda potestati et suis iudicibus si non procedant de maleficiis
ad eorum notitiam pervenientibus.

De pena occidentium seu percutientium animalia aliena. . . . . Ru[brica] LX

Quod nulla condempnatio lata occasione alicuius malleficii contra aliquem possit tolli in totum vel in partem suspendi . . . . . Ru[brica] LXI

Declaratio statuti de iniuriis loquentis . . . . . Ru[brica] LXII

Quod nullus possit laborare bona rebellium et condempnatorum communis Cassie sine licentia . . . . . Ru[brica] LXIII

Quod bona condempnatorum et rebellium communis Cassie sint confiscata et obligata communi et de libro faciendo de ipsis . . . . . Ru[brica] LXIIII

De pena corrumpentium officiales communis Cassie . . . . . Ru[brica] LXV

Quod masculinum genus concipiat femininum . . . . . Ru[brica] LXVI

De pena impedientium officiales in eorum officiis et servitoribus . . . . . Ru[brica] LXVII

De pena extrahentium grasciam vel fraudem committentium in extractione ipsius . . . . . Ru[brica] LXVIII

In dei nomine amen Incipit liber III statutorum communis Cassie super maleficiis.

De citationibus fiendis in maleficiis et earum forma — Ru[brica] I

Statuimus et ordinamus quod potestas terre Cassie seu eius iudex et vicarius, dicte potestatis accusationis, denumptiationis seu formale inquisitionis teneatur et debeat facere citari per publicum baiulum communis dicte terre accusatum, denumptiatum seu inquisitum cum cedula scripta vel subscripta manu notarii de huiusmodi processu rogati continentem in se totum tenorem et effectum malleficii de quo est accusatus, denumptiatus vel inquisitus contra eum. Ita quod citatus huiusmodi possit scire et intelligere an debeat confiteri vel negare

Contineat quod dicta cedula nomen accusatoris seu denuptiatoris
qui per accusationem seu denuptiationem procedit : Et nomen inquirentis
quando per inquisitionem procedit / Nomina aut testium nullatenus
transmictantur : nec ostendantur : Que citatio continere debeat
quod talis accusatus / denuptiatus ut inquisitus sequenti die post
citationem huiusmodi compareat personaliter coram domino potestate
seu iudice ad se excusandum et defendendum contra accusatione /
denuptiatione seu inquisitione / contentis in ea. Et contra eum procedetur secundum formam iuris statuti dicti comunis. ipsam cedulam continentem
totum tenorem et effectum maleficij / et nomen accusatoris denuptiatoris
seu inquirentis : et locum et tempus commissi maleficij / subscriptam manu
notarij iudicis rogati : cum expressione nominis ipsius notarij / et tradat
et dimictat penes ipsum citatum si eum personaliter invenerit
in presentia unius testis ut domi solite habitationis ipsius citati penes
aliquem de familia ipsius : et si ipsum non invenerit in domo
ipsam cedulam affigat ostio domus habitationis ipsius in presentia
unius testis ut predicitur Et talis citatio sic facta personaliter ut domi
valeat et teneat pleno iure : et pro peremptoria habeatur
aliquo iure in contrarium non obstante.

Quod notarius maleficiorum teneatur ponere ad quaternum accusationes denuntiationes et inquisitiones — R. c. i

Ordinamus et statuimus quod notarius maleficiorum potestatis vel rectoris
teneatur et debeat vinculo iuramenti / et pena C. s. den. de suo
salario omnes accusationes / denuptiationes / et inquisitiones / die
exhibitionis ipsarum : et formate inquisitionis ponere / et scribere in libro.

et actus dicti comunis extense et potestas et eius iudex contra facientes
observare penam x libr. den. pro quolibet et vice qualibet. Et nichilo-
minus dictus notarius dicte potestatis teneatur addere penam transmictere
copiam cancellario dicti comunis accusationum, denumptiationum
et inquisitionum predictorum, et de transmissis per predicta dictis fidem
facere.

Quod potestas et iudex possint procedere per inquisitionem de omni maleficio et
delicto Rca iii

Statuimus et ordinamus quod potestas Terre cassi et eius iudex et vicarius
possit et per inquisitionem procedere et qualibet parte de omni maleficio excessu
et delicto quorumcumque commisso contra cassi et eius districta personarum quarumcumque
tam terrigenas quam forenses, et contra quoscumque cassianos et
et terrigenas dicte Terre cassi maleficia committentes in superiore
et cassie ratione domicilii valeant conveniri de iure, nec in
cassie inquisitio tollatur per supervenientem accusationem, nisi plura delicta
et vera continentur ita quibus prefati potestas et iudex an quod
predicte inquisitioni tollat veritatem perquirat: et si reperierit
plura maleficia vera contineri in accusatione quam in inquisitione
fuit et eo casu dictam inquisitionem tollere possit: et super
ipsa procedatur non et procedendi, cum de eisdem delictis procedatur
per accusationem et hoc non semper de eodem delicto querat
addentes quod si talis accusator super tali accusatione vellet petere
absolutionem intantum admictatur: sed si denegetur ex toto, aliquid
fuit in utrumque non obstante et predicta locum habeant in malleficiis
commissis tempore officii dicti potestatis: et an proximo anno
tantum, et non de malleficiis antea commissis :-

Item statuimus et ordinamus quod si quis fuit accusatus/denuntiatus
ut inquisitus in curia communis cassie de aliquo malefitio excessu ut delicto
citari debeat per baiulum communis cassie ex commissione/ et mandato potestatis ut iu-
dicis quod veniat ad se excusandum/ et defendendum ab accusatione
denuntiatione ut inquisitione contra eum porrecta seu formata secundum
formam statuti super parte citatione loquentis/ et talis citatus non
comparuit in termino citationis predicte sit reus contumax/ et pro contumace
habeatur sine aliqua pronuntiatione iudicis seu incusatione contumacie
accusatoris ut denuntiatoris/ quorum presentia ut vocatio post
exhibitionem accusationis ut denuntiationis/ et terminis dationis ad
probandum ipsam accusationem ut denuntiationem necessaria non existat
potestas seu iudex predictus dicta cognoscens faciat sine intermissione
temporis dictum talem accusatum/denuntiatum ut inquisitum
citatum: et contumacem exbaniri/ et in bano poni de terra cassie
et eius districtu in ea quantitate in qua pro tali malefitio condempnari
debeat si contra ipsum dictum malefitium fuit probatum per publicum
preconem dicti communis in locis publicis/ et consuetis talia exbanimenta fieri
publice et alta voce sono tube premisso/ et in ipso exbanito
assignet ipsi exbanito terminum trium dierum infra quem
terminum venire/ et comparere possit non obstante contumacia supra
dicta ad se excusandum/ et defendendum ab accusatione denuntia-
tione seu inquisitione contra eum porrecta ut formata: Et si comparuit
infra terminum supradictum eius responsio: et excusatio admittatur
Et si erit accusatus ut inquisitus pro malefitio ex quo pena
personalis imponatur ut in defectum solutionis/ seu sub aliqua conditione
in pena debeat per formam presentium statutorum talis excusans
se ponatur in carceribus dicti communis: et ibi detineatur sub fida
custodia/ donec de nocentia ut innocentia ipsius constiterit Et si

contra eum tale malleum probatum fuit legitime: condempnetur et
execucio contra eum fiat ante quam relassetur. Si vero ex tali
mallio: de quo est accusatus denunciatus vel inquisitus non
veniret pena personalis imponenda vel procedatur datis per
accusatum denunciatum vel inquisitum potestati ydoneis
fideiussoribus de stando et parendo mandatis potestatis vel iudicis
et eorum cuilibet: et de se representando tociens quociens fuit
requisitus: et de solvendo condempnacionem de eo fiendam in casu
quo condempnari contingerit, de potestatis libere relassetur
et eidem sit vel dictum est accusatio confitenti vel negati
statuatur terminus ad omnem suam defensionem faciendam de
contentis in accusatione denunciatione vel inquisitione
a qua se excusavit: et cui respondidit .v. dierum
proximorum venturorum: infra quem terminum dictus potestas seu
iudex omnem defensionem talis excusati benigne recipiat: et testes
super ipsa accusatione, denunciatione vel inquisitione inductos: et
omnes alias, quas statutus potestas vel iudex induxerit, quos
inducere possit ante partis statuti pro veritate eruenda
ex suo officio examinare: et publicare testes. Et
demum terminum dare accusato denunciato vel inquisito .v. dierum
ad tollendum copiam testium, et attestationum et totius processus
et opponendum et probandum contra: Et eodem modo procedatur
si talis accusatus, denunciatus vel inquisitus comparuit ante
bandum seu exbannimentum: et post terminum citationis ad se
excusandum an quod bannum seu exbannimentum incurrere possit
se excusare, vel potestat in termino citationis dicto facte. Et
si talis accusatus denunciatus vel inquisitus citatus: et

exbanditus fuit vel per potestatem et in communi dicte citatoris vel exbandimenti aut
infra non comparuerit, habeatur pro confesso et convicto de omnibus et singulis in
accusatione, denuptiatione vel inquisitione contra eum porrecta vel formata
contentis sine aliqua purgatione: Et possit et debeat diffinitive
condempnari per dictum dominum potestatem de omnibus et singulis malleficiis et excessibus
et delictis de quibus accusatus, denuptiatus vel inquisitus est, ac si vere
confessus et convictus extitisset de predictis sine aliqua alia sollempnitate
stabilitate et ordine iudiciorum.

Quod potestas teneatur processus criminales terminare per sententiam infra mensem — R(ubric)a v

Statuimus et ordinamus quod potestas terre Cassie cum consilio suo iudicis
teneatur et debeat omnes processus criminales terminare et diffinire
per sententiam absolutoriam vel condempnatoriam infra unum mensem a die accusationis (terre) incohandi
vel ubi accusatus, denuptiatus vel inquisitus comparuit: et contra contumaces
a die primo citationis facte dictis: quod si potestas vel iudex vel aliquis
ipsorum in expediendo et terminando dictos processus criminales infra
mensem ut dictum est negligens fuerit puniatur et condempnetur
quilibet eorum negligens tempore sindicatus ipsorum in xxv. libr(is)
denariorum pro quolibet negligentie, de quibus per sindicatorem ipsorum debeat
specialiter sindicari, ratione tamen semper remanente processu.

Quod sententie super malleficiis et criminalibus causis ferantur in consilio generali et quod leguntur in consilio habeantur pro citatione peremptoria — R(ubric)a vj

Statuimus et ordinamus quod sententie diffinitive absolutorie vel condempnatorie
super quibuscumque processibus criminalibus in curia communis causis agitatis
et agitandis per dictum potestatem terre Cassie ferantur in consilio generali dicte
terre ad vocem preconis sono tube premisso ad sonum campane dicti
communis more solito convocato, et quod pro dicto communi dictum pronuntiatur quod

consiliariis dicte civitatis veniant ad consilium. Similiter dicat alta voce in
ipso bannimento quod quicumque habet aliquid agere et facere coram dicto potestate
occasione alicuius maleficii compareat coram ipso domino potestate et dicto consilio
ad audiendum sententias ferendas per ipsum dominum potestatem in dicto consilio
super dictis processibus criminalibus: et tale bannimentum et proclama
habeat vim citationis peremptorie et per inde sententie in dicto consilio
ferende valeant et teneant ac si illi contra quos seu pro quibus
fuerint dicte sententie condepnatorie vel absolutorie essent personaliter
et peremptorie citati ad dictas sententias audiendas iure aliquo
in contrarium non obstante.

Quod processus et sententie criminales non vitientur ratione solleni- — Rubrica lxvij
tatis obmisse

Statuimus et ordinamus quod processus et sententie formati et lati
formandi et ferendi per dominum potestatem et eius iudices et vicarium
de et super quibuscumque maleficiis, excessibus et delictis, tam per accusationes
denumptiationes quam per inquisitiones, non vitientur ratione alicuius
sollempnitatis seu formalitatis obmisse: sed per inde valeant et teneant
ac si in et super eis omnis sollempnitas et formalitas iuris esset
servata dummodo de maleficio constet vere vel ficte per testes seu instrumentum
vel alio legitimo modo secundum formam statuti civitatis dicte Recanati.

De eo contra quem est habita legitima certia citatio — Rubrica lxviij

Statuimus et ordinamus quod si contra aliquem accusatum denumptiatum
vel inquisitum in curia civitatis Recanati de aliquo maleficio excessu vel delicto
et contra ipsum post ipsius accusationem per potestatem vel iudicem.

43v

dicte terre contra fuerit legitima indicia sufficientia ad torturam : Et quia
huiusmodi delinquens plerumque se maliciose absentat, ne dicto quod
liceat quod publicatis huiusmodi indiciis seu probationibus et dato
termino per potestatem vel iudicem, accusato denuntiato vel inquisito
predicto ad tollendum copiam dictorum indiciorum et probationum: et opponendum
